




Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard


Padibornae, 1606


Nutzungsbedingungen


[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)





Th 3421.¹














J : 111 : 3.


MR

IHS

JOSEPH



J. C. B.



LINGVA
AVREA CHRI-
STIANORVM.

Lib. coll. Soc. Jesu Padova. a. 1610
QVA DOCETVR RE-
CTVS MODVS TAM TA-
cendi, quām loquendi, & afferun-
tur infiniti silentij & taciturnita-
tis fructus & encomia, in gratiam
tam Christianorum quām re-
ligiosorum editus.

Soc. Jesu Padova
REVERENDO D. LEON ARDO
Rubeno Benedictino S.S. T.L. Abdinckhouē-
si Abbate, & S. Vnionis Bursfeldensis
Præside principali.



PADIBORNAE
Sumptibus auctoris,
Typis Matthæi Pontani.

ANNO M. DC. VI.

1606

१०८ श्रीमद्भगवत्प्रसादः

ADMODVM REVE-
REN DIS IN CHRISTO
Patribus & amplissimis Dominis,
D. Hermanno à Danhausen &
D. Ioanni Hupe Ordinis D. Be-
nediti Vnionis Bursfeldensis ad
S. Gothardum & S. Michaëlem
in Hildesia Abbatibus di-
gnissimis & confratibus
amantissimis.

Sæpiùs admodum
Reuerendi in Christo
Patres & Amplissimi
Domini nōnulli Re-
uerēdorum Coabbatum mecum e-
gerunt, vt post aliquot alios de re-
bus diuersis libros à me in lucem
editos, quædam typis committe-
rem quibus se suosq; in sanctissi-
mo Ordinis nostri instituto, & me-
liùs promouere, & rectius conser-
uare possent. In quem finem pro-
feli ci initio duos libellos ru di qua-

EPISTOLA

*Hic lib
er cur pri
mus
fit.*

*Pytha
goræ
disci
puli
silent
qui
quæno*

dam minerua non ita pridem con-
cepi; alterum, Lingua aurea Chri-
stianorum inscriptum, cui hoc die
tinem imposui, alterum, de divina
vocatione, propediem quoq; ab-
soluendum. Quos si videro gratos
fore legenti, & facilius per typ-
ographum distrahi, calcar ad ulte-
riora progrediendum mihi facile
subministrabitur. At libellum qui-
dem hunc, & numero primum, &
minimum esse volui. Primum
quidem, eo quod ad religiosum
& Christianum hominem perfi-
ciendum aptissimus, & perquam
accommodatus. A silentio siquidem,
taciturnitate & linguae freno, præ-
cipui Philosophi initium humanæ
sapientiæ sumperfunt. Inter quos
Pythagoras principem facile lo-
cum obtinet; qui ad se venienti-
bus discipulis prius quinqueñij si-
lentij disciplinam tradidit, ante-
quā loquendi rationem & modum

demon.

DEDICATORIA.

demonstrasset. Ab eodem & Sanctus Ordinis nostri Patriarcha Benedictus discipulum rudimenta Monasticæ vitæ inchoare voluit, cùm inquit: cap. 6. regulæ. Loqui & docere magistrum condecet, tacere & audire discipulo conuenit. Minimum autem esse volui, tum ut facili negotio circumferri & ad manum esse posset, in via Domini proficere contendentibus, ut qua facilitate & velocitate lingua fertur ad malum, tali agilitate malo huic quis mederi possit. Neq; hoc intendenti, alia defuit ratio, ea scilicet, quod non de capite, de pede, manibus, scapulis, brachijs, pectore & maioribus humani corporis partibus, libellus agat, sed de lingua, quam D. Jacobus modicum hominis membrum nuncupat. Ergo de modico membro exiguus libellus prodit, & magnis Ordinis nostri & amplissimis viris maior

B. Bee
nedic
cti die
scipuli

Liber
bic cur
minis
muis fit

Jacob.
3. 5.

EPISTOLA

scripto, si ob negotiorum molem
illis tempus legendi suppeteret v-
tiq; dignioribus, vti scripti à calū-
niatoribus patronis & vindicibus
dedicatur. At id qua fronte? since-
ra certè & æquissima. Magnos si-
quidem magna decent. Magnus v-
terq; vestrum, & tu quidem Reue-
rende Domine Hermanne minor
corpore, magnus in diuina religio-
ne & æstate, vt meritò dicaris o-
mnium nostrum, in vnione nostra
sacra Bursfeldensi, cuius tu maxi-
ma pars & columna à multis annis
exitisti, & etiam præsedisti, qui
communem hanc auram ducimus,
Pater noster Senior, magnus vir-
tute, constantia, zelo, consilio, qui
& tibi tuoq; Monasterio sub titulo
D. Gothardi, rectè consulere & cū
cæteris quos Reuerendiss. & Sere-
nissimo Archiepiscopo Coloniensi
Domino nostro Clementissimo à
consilijs istic habes socios, istis par-

tibus

DEDICATORIA.

tibus prospicere poteris. Magnus
etiam & non insimus tui Monasterij
Reuerende Domine Ioannes, tu-
telaris est & patronus S. Michaël
Archāgelus: sub quo & præliū ma-
gnum in cœlo contra Luciferū &
angelos eius comissum fuisse D.Io-
annes in sua Apocalypsī cōmemo-
rat. Magnas etiam & potissimas par-
tes, istic in clero secundario tueris,
atq; indies, vt corpore maior, ma-
iores in disciplina Monastica pro-
tua in Deū & Ordinē fide, progres-
sus moliris; quos conatus secundet
Deus, qui & retribuet in illa die iu-
stus iudex. Parū ergo & exilē li-
bellum, res tamen maximas conti-
nentem, vtriq; vestrum oblatum
volui, qui & maximos iuxta ac san-
& tissimos Abbatiarum vestrarum
habetis fundatores, pariter & a-
lumnorum non minimum nume-
rum: quem indies succrescere, est
quod omnes gaudeamus. Rem ma-

Apoc.
2. 7.

EPISTOLA

gnam esse linguam, satis docet Salomon, Proverbior. 18. 21. *Mors & vita in manibus linguae, qui diligunt eam, comedenti fructus eius.* Diligunt eam, qui eam & diligenter à loquacitate custodiunt: & cùm loquendum est, ædificatiua quæq; loquuntur. Diligunt, qui cùm loquendū est, ad id communi carmine euul-
gatum dictum, animum aduertūt,
Quis, quid, cui dicas, cur, quomodo, quādo, videto
Demum quām res magna sit lin-
gua præter ea quæ de Pythagoro
Græciæ septimo sapiente infrā ca-
pite 13. afferemus. D. Iacobus do-
cet, cùm inquit: *Lingua modicum
quidem membrum est, & magna ex-
altat. Ecce quantus ignis, quam
syluam incendit. Et lingua ignis est v-
niuersitas iniquitatis, lingua consti-
tuitur in membris nostris, quæ macu-
lat totum corpus, & inflamat rotam
natiuitatis nostræ inflammata à ge-
benna. Omnis enim natura bestia-*

rum

DEDICATORIA

rum, & volucrum, & serpentum, & cæterorum domantur, & domita sunt à natura humana, linguam autem nullus hominum domare potest, inquietum malum, plena veneno mortifero. De tanto ergò malo rectè discernere, & viam, membrum id domandi, rectissimam, & certissimam, breui libello demonstrare, & minimum & maximum esse nullus alicuius iudicij inficiabitur. Quam verò methodum ea in re seruem, sequens index ostendet. Primò siquidem contra loquaculos, qui à vobis vti & à cæteris Abbatibus corrigendi sunt, septuaginta octo incommoda quæ modi, cum hoc membrum homini Christiano & maximè religioso afferet, proponam, tum immensos quinquaginta duos fructus, qui silentio & taciturnitate comparantur, recensebo; deinde tempus tamen loquendi, quam silendi, describam,

adiūctis quatuordecim medijs qui-
bus taciturnitas conciliari possit.
Et hæc quidem quoad illos qui ab
alijs dirigi debent. Annectam ve-
rò pro his, quibus aliorum cura
demandata est, rectum vsum lin-
guæ, & quinam sint quibus maxi-
mè loqui competat. Tum demum
subiungam quid cauendum sit cui-
que Christiano, & in primis reli-
gioſo, vbi loqui voluerit, assignās
centum viginti vitia, quæ in lin-
guæ nostra cauenda sunt: tum pro
coronide tandem complectar cen-
tum septendecim egregias quali-
tates, quæ in lingua, ore, labijs &
sermone Christianorum à sacris
literis exiguntur. Exiguus ergò
hic libellus, admodum Reueren-
di Patres, vt Amplissimis Domi-
nationibus gratissimus sit, & eo
candore quo prodit, licet stylo
simpliciori, vt acceptetur, etiam
atq; etiam rogo. De cætero vti

me

DEDICATORIA

me vestris vestrorumq; sacrosan-
ctis sacrificijs & precibus commen-
datissimum cupio : ita percupio
ut vos vestræq; curæ & pedo pa-
storali concreditos diuina boni-
tas quām fœlicissimè & constan-
tissimè tueatur. Datum in Mona-
sterio nostro Sanctis Apostolis
Petro & Paulo sacro, vulgo Ab-
dinckhoff dicto, in ciuitate Padi-
bornensi, Anno 1606. in Sanctissi-
mi patris nostri Benedicti festo.

VV. Reuerentiarum

Amantissimus confrater

Leonardus Abbas ibidem, &
præsidens, &c.

INDEX

INDEX CAPITVM HVIUS LIBELLI.

CAPVT 1. *Quare inscribatur hic
liber, Lingua aurea.* fol. 1.

CAPVT 2. *Traduntur nouem ra-
tiones, quare maximè lingua no-
stræ attendendum sit.* fol. 4.

SEPTVAGINTA OCTO
INCOMMODA LOQVACI-
tatis & linguæ effrenis.

CAPVT 3. *Anima inde quām græ-
uissimè luditur, & amicus debone-
statur.* fol. 8.

CAPVT 4. *Silentium regulare in-
fringere nolentes, duo Religiosi, à
barbaris capti, morte etiam inten-
tata, infringere noluerunt. & gran-
di miraculo ex eorum manibus li-
berati sunt. Simile patet, ex silen-
tio Secundi Atheniensis Philoso-
phi.* fol. 10.

CAPVT 5. *Proueniunt casus, &
ruinae ex mala custodia lingua. Ex-*

emplo

INDEX CAP.

- emplo etiam Luciferi. fol. 14.
- CAPUT 6.** Ex eadem loquacitate
prouenit ciuitatum perditio, &
subuersio, conquinatio hominum,
contritio spiritus. fol. 16.
- CAPUT 7.** Linguis dirigi nequeunt,
tendunt ad errorem pessimum, &
& diuinam in se gratiam corrum-
punt. fol. 19.
- CAPUT 8.** Habitationem loqua-
cium esse absq; ianua pulchro ex-
emplo probatur, ut etiam quod
hostes prouocent. fol. 23.
- CAPUT 9.** Lingua loquacis vi igo-
nis inflammat, & odibilis est, nec
non onus graue sibi metu si imponit,
quod & exemplo cuiusdam mulie-
ris docetur. fol. 26.
- CAPUT 10.** In multiloquio est pe-
riculum peccati, & rationi redden-
de nos facit obstrictos. fol. 30.
- CAPUT 11.** Loquaces ranis in-
mundis esse similes, & ex loquac-
tate scandala multa usq; ad mor-

INDEX

- tem ipsum prouenire. fol. 33.
- C**APVT 12. Hac scandala magis probantur ex contentionibus, detractionibus, contumelijs, derisionibus, iniurijs & rixis, quæ ex loquacitate prouenient. f. 36.
- C**APVT 13. A lingua mortis periculum p̄dere docetur exemplis sacra scriptura, & Pittaci Philosophi. fol. 41.
- C**APVT 14. Loquacium os & lingua, est sagitta vulnerans, quæ & scurrilitate plena, sentiet mala, & more sepulchrorum fætore redundat. fol. 46.
- C**APVT 15. Loquacium lingua stultitiae indicium, & subuersio hominis, & cætitatum. fol. 52.
- C**APVT 16. Loquaces sunt homines terreni, vanæ conscientia, & vacula inania. fol. 54.
- C**APVT 17. Minus cauti in loquendo sunt ex viperarum progenie, & urbes absq; muro. fol. 59.

CAPVT

CAPITV M.

CAPVT 18. Viginti quatuor inco-
moda linguae mala ex capite 28. Ecce
clericali desumpta. fol. 63.

CAPVT 19. Continet alia loquaci-
tatis incommoda ex sanctis Patri-
bus desumpta. fol. 67.

QVINQVAGINTA DVO
COMMODA ET FRVCTVS
taciturnitatis & custo-
diæ linguae.

CAPVT 20. Silentium adificat, ho-
mines angelis similes reddit, & ani-
mam sollicitè custodit. fol. 68.

CAPVT 21. Per silentium & taciturn-
itatē homo ascendit super se, bea-
titudinis fit particeps, & vero bono
fruitur. fol. 71.

CAPVT 22. Silentio deditus, est vi-
candela ardens in lucerna, & ad
contemplationem, & colloquium cum
Deo optimè dispositus. fol. 75.

CAPVT 23. In silentio, fortitudo &
robur spirituale cōsistit, quod & fre-
nirationem habet, & fundamentū

INDEX

est virtutum, nec non gratiam con-
ciliat. fol. 78.

CAPVT 24. Amator silentij est
bono gubernaculo nauis similis: &
quomodo per silentium quidam Oro-
dinis D. Benedicti religiosus ignem
extinxerit: idē & iras mitigat. f. 82

CAPVT 25. Silentium est iustitia
culis, & latitam affert, ad tutū
portum dedit, malitiam extin-
guit. fol. 86.

CAPVT 26. Monasticam vitam
silentij necessitas aliquibus suavit,
exemplo cuiusdam milii; silentium
est murus religionis; neq; silens per-
ditione est obnoxius. sed perfectio-
nis argumentum præbet. fol. 88.

CAPVT 27. Taciturnitas reddit
nos hominibus placabiles, nec pœ-
nitet tacuisse. præmia quoq; mere-
tur silentium seruans: quod docetur
exempli Ecclæredi & Sacristæ. f. 93.

CAPVT 28. Silentium proximum
Deo facit. Est prudentiæ signum,

& a

CAPITV M.

¶ a purgatorio liberat. fol. 96.

CAPVT 29. Sile^tio nihil pulchrius,
n^o a vi^t & vitam pro eo ponant Per-
sa & Anaxarchus, religiosi homi-
nis indicium, salutis acquirenda
certissimum medium, e^o sanctius
nihil. fol. 100.

CAPVT 30. Silentium est sapien-
tiae & intelligentia signum, thesau-
rum cordis conservat, & e^o nihil
tutius. fol. 104.

CAPVT 31. Silentium vasis opti-
morum aromatum cooperulum;
virtutum prima, in quo & vita
consistit. fol. 107.

CAPVT 32. Continet viginti octo
encomia & laudes silentij, & tac-
tumtatis, ex sanctis Patribus de-
sumptis. fol. 110.

QVIBVS COMPETAT
T A C E R E.

CAPVT 33. Quis tacere debeat:
& quod hoc in genere omni homini

conueo.

INDEX

- conueniat: & in particuli adole-
scensibus & discipulis, & lingua-
rum donum habentibus. fol. 113.
- CAPVT 34.** Cœnobitis id quo-
que competit. fol. 117.
- CAPVT 35.** Militibus & mulieri-
bus conuenit silentium. fol. 124.
- CAPVT 36.** Sacris monialibus id
maxime commendatum esse debet,
quod probatur horribili quodam
exemplo. fol. 127.
- CAPVT 37.** Pauper Iesus, & po-
pulus audiens blasphemias, taceret
debet. fol. 130.
- CAPVT 38.** Prophetis quoqu₃ famto-
liare fuisse silentiū probatur. f. 132.
- CAPVT 39.** Religiosis maxime &
sacerdotibus conuenit aliquādo ra-
citoritas, quod graui probatur
exemplo. fol. 134.
- CAPVT 40.** Prater homines & a-
lia silere dicuntur. fol. 136.
- CAPVT 41.** Non omni tempore lo-
quendum esse. fol. 138.

QVAN.

CAPITVM.

QVANDO TACENDVM
AVT SILENDVM.

CAPVT 42. Primò tacendum in
rebus aduersis, quod probatur ex-
emplo filiorum Israël, Davidis, &
Abbatis Pambonis. fol. 139.

CAPVT 43. Tacendum cùm an-
geli aut sancti nobiscum loquuntur,
& cùm est sermo de iudiciis & per-
missionibus diuinis. fol. 143.

CAPVT 44. Diebus festis & ma-
xime sancto Aduentus & Qua-
dragesima tempore magis taciturn-
itati studendum esse. fol. 146.

CAPVT 45. Silendum etiam cùm
multa dicuntur quæ scire videmur,
cùm tempora mala, & cùm audio-
mus blasphemias. fol. 148.

CAPVT 46. Quibus temporibus
maxime conueniat tacere religio-
sos. fol. 150.

QVAM DIV TACEN-
DVM SIT.

CAPVT 47. Traduntur septem
potissi-

INDEX

potissimum tempora quibus tacendum sit. fol. 154.

QVO IN LOCO TA-
CENDVM ET SI-
lendum.

*CAPVT 48. Silentium in cœno-
bijs, Ecclesijs, aut templis, dormi-
torio, & cœnaculo, & clauстро ser-
uandum.* fol. 160.

*CAPVT 49. In mensa, conui-
nijs publicis, & medio senum, &
insensatorum, habendam taciturni-
tatis rationem.* fol. 162.

TRADVNTVR QVA-
TVORDECIM MEDIA QVI-
bus taciturnitas acqui-
ri possit.

*CAPVT 50. 1. Consideratione
difficultatis eius. 2. Cogitatio hu-
sus medy referenda ad Dominum.
3. Deus pro eo inuocandus.* f. 167.

C A.

CAPITVM.

CAPVT 51. Duo alia media ve-
stium adhibeamus ori nostro, & o-
mnes actiones ad vias Domini di-
rigamus. fol. 170.

CAPVT 52. Adducuntur duo
exempla, alterum à Christi persona
sumptum, alterum ab aquarum
& rivulorum obstructione & colle-
ctione. fol. 172.

CAPVT 53. Adduntur tria al-
lia media, unum ex similitudine
Balnei, alterum freni, & tum ut
quis coguet se indignum ut loqua-
tur. fol. 177.

CAPVT 54. Alia media, ut
attendant quis sapientiae, & pruden-
tiae, & nouissimis, & doctrinæ, &
quod ex lingue fructibus satiabi-
tur, adhibito etiam exemplo anse-
ris aut gruis. fol. 179.

DE RECTO VSV
LINGVAE.

CAPVT 55. Ostendit non omnibus

semper

INDEX

semper tacendum esse, idq3. docetur
exemplo cuiusdam indiscreti reli-
gioſt. fol. 185.

QVI LOQVI DE-
B E A N T.

CAPVT 56. Loqui debet Deus,
sancti, maiores nati, Episcopi Ec-
clesie. fol. 189.

CAPVT 57. Loqui debent Pro-
phetæ, & concionatores, Apostoli,
& prælati, & quibus incumbit
proximorum cura, & licet quoq3
id mulieribus. fol. 193.

CAPVT 58. Quid cauendum il-
lis, qui loqui volunt. fol. 201.

CAPVT 59. Centum viginti quin-
que vitia, qua ex labijs, lingua,
ore, sermone, verbis oriuntur, &
cuius Christiano homini vitanda
sunt, ordine Alphabetico tradun-
tur. fol. 207.

CAPVT 60. Centum septen-
cim egregia qualitates in labijs, lin-

gua

CAPITVM.

gua, ore, sermone, & verbo bonorum imitatione digna, ordine Alphabetico insertæ. fol. 245.

CAPVT 61. Hic docetur pulcherrimo exemplo nunquam malis, sed semper optimis colloquijs, cuius Christiano viendum esse. fol. 277.



AVCTOR

AVCTOR LECTORI.

Nota Christiane Lector in hoc libello, *ubi* in citatione sacrorum librorum numerum aliquem perspexeris, tum primum numerum indicare caput libri citati, proximum *verò* sequentem numerum, *versum* quemq; capitis citati, *vsq;* ad hoc signum †: *vel* si hoc signum nō adsit, tum *vsq;* ad sequentis libri citationem sunt *versuum* in eodem capite citatorum note. Exempli gratia, folio 103 linea 12. Leuit. 11. 44. † 19. 2. † 20. 7. 26. lege Leuit. capite 11. versu 44. capite 19. versu 2. cap. 20. ver. 7. & versu 26. In capite *verò* 59. & 60. sub finem *ubi* citantur literae Alphabeti non intellige literas foliorum, sed literas capitis citati, *vt* fol. 208. linea secunda à fine, dicitur *vide* literam E. num. 2. *id est*, literam E. in eodem capite numero 2.



CAPVT

C A P V T I.

Quare inscribatur hic liber Lin-
gua Aurea.

Icet in hoc libello non tantum acturi simus de lingua, labijs, ore & sermone honorū; sed etiam malorum, & tam de taciturnitatis & silentij laudibus, quam loquacitatis turpitudine: maluimus tamen à potiori & digniori parte, linguam auream inscribere duplice nomine. Ac primò quidem, quia eius moderatione & locutione maximè demonstratur sapientia, ut infrà suo loco latius probabimus capit. 30. v. 1. At iam sufficerit in medium afferre id Dauidis Psalm.

48. 4. *Os meum loquetur sapientiam, Sapiētia in
Et meditatio cordis mei prudentiam.*
Et id Prou. 10. 13. *In labijs sapientis lingua
inuenitur sapientia.* Et v. 31. *Os iusti
parturit sapientiam, lingua prauorum*

peribit. Et cap. 12. 18. Lingua sapientum sanitas est. Et cap. 15. 2. Lingua sapientum ornat scientiam. Secundum cùm sapientia in lingua maximè seget prodat, sapientiæ verò nullum aurum comparari queat, meritò lingua quam auream dixerimus libellum nostrum, in quo dè rectissimo lingua moderamine, chamo, freno, cultus dia & signaculo acturi sumus. Nam ut loquitur Iob de sapientia Iob 28. 15. 16. 17. Non dabitur aurum dirubizum pro ea, nec appendetur argèstum in commutatione eius. Non conserferetur tintæ Indiæ coloribus, nec lapidi sardonicho pretiosissimo, vel saphiro. Non adæquabitur ei aurum de vel vitrum, nec commutabuntur præcie a vasa auri. Ver. 19. Non adæquabitur ei Topazius de Æthiopia, necc tarinæ turæ mundissima componetur. Et qui sapientissimus simul ac doctissimus Salomon Prou. 3. 14. Melior tis est acquisitio eius negotiacione auri 73.

Sapiètia dignior auro.

argētū

sen-argēti primi & purissimi fructus eius.
qua † 8. 19. Melior est fructus meus auro
idē & lapide pretioso & genimina mea ar-
ē se gente electo. Sap. 7. 8. 9. Præposui il-
au-lam regnis, & sedibus, & diuitias ni-
lin-hil esse duxi in comparatione illius ;
um nec comparavi illi lapidem pretiosum.
qua Quoniam omne aurum in compara-
tione illius arena est exigua, & tan-
Na quam lutum estimabitur argentum in
lob conspectu illius. Dum ergo de iusta
um directione linguae in gratiā Chri-
stianorum, & maximè religioso-
rum agere contendō, quid aliud a-
la go quām vt iisdem rationem, or-
cap namenta, omne aurum & lapi-
um dem pretiosum excedentia, con-
priuiriendi tradam, quibus & stul-
bitus si tacuerit vti sapiens repu-
nētari & exornari possit ? Demum,
Et quicunque nos audient loquen-
si-tes dicent nobis cum ancilla Pon-
tificis, Matthæi capit. 26. vers.
& 73. Loquela tua manifestum te facit.

Hinc quidem Christianorum aureos quasi sermones qui ex eorum ore prodierunt aurei oris cognomen meruerunt. Sic lumen illud Græciæ D. Ioannes Archiepiscopus Constantinopolitanus Chrysostomus nomen inter Patres Ecclesiæ obtinuit.

CAPUT II.

Traduntur decem rationes quare maximè linguae nostræ attendendum sit.

Huius rei prima ratio esse poterit, eo quod inde apud alios agnoscamur quales simus. *Ex abundantia siquidem cordis os loquitur.* ut est *Luc. 6. 45.* Nam ut ibidem dicitur & *Matth. 12. 35.* *Bonus homo de bono thesauro profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala.* *De ore enim Matth. 15. 18.* qui procedunt, decorde exeunt, & ea coquinant hominem. *De corde enim exeunt cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, furtæ, falsæ*

testi-

ol testimonia, blasphemia, haec sunt qua
eo coinquinant hominem.

Secunda ratio, quia ut est Matt.

12. 37. *Ex verbis tuis iustificaberis &*
ex verbis tuis condemnaberis. Cuius
exemplum est manifestum in A-
malecita qui 2. Reg. 1. 16. asserue-
rat se Saulum occidisse, quem Da-
uid præcipiens interimi, dixit. *San-*
guis tuus super caput tuum : os enim
tuum locutum est aduersum te, dicēs :
ego interfeci Christum Domini. Si-
mile iudicium fuit de his qui tule-
runt caput Isboseth Dauidi in He-
bron. 2. Reg. 4. 10. Quin & ser-
uus nequam Luc. 19. 22. de ore suo
iudicari dicitur. De hoc modo co-
gnoscendi hominem loquens D.
Chrysostomus hom. 26. ad popu-
lum Antiochenum. Ab ore inquit,
& lingua dignoscamus. Dic enim
mihi: aues que psittaci dicuntur vn-
de noscuntur? Nonne humano
more loquendo? Et nos itaque lo-

quendo sicut Apostoli, noti fiamus
loquendo sicut angeli. Hæc ille.

Tertia ratio est, quòd vetemur
hominem laudare nisi eum priùs
audiamus loquentem. Eccl. 27. 8.
*Ante sermonem non laudes virum,
hæc enim tentatio est hominum.*

Quarta, vt putemur sapientes.
Vnde Tob cap. 13. 5. amicis suis lo-
quens, inquit: *Utinam taceretis vi-
putarem sapientes, exemplo stul-
ti, de quo Puouerb. 17. 28. Stultu-
s ita querit sapiens reputabitur.*

Quinta, quia de omni verbo o-
tioso danda erit ratio in die iudi-
cij, Matth. 12. 36. de quo latius in-
frà capite decimo.

Sexta, ob augmentum gratiæ
Ecclesiast. 32. 9. *Audi tacens, &
pro reuerentia accedet tibi bona gra-
tia. Quòd maximè conuenit disci-
pulo, vt dicemus in frà capit. 33.*

Septima ratio est, temporis ma-
litia, non quidem quòd tempus

in se malum sit , aut dies mala ,
sed quòd ex malitia hominum
sic denominentur. Qua de re tra-
dita peccatorum Iudæorum serie,
Dominus apud Amos Prophetam
ita loquitur capite 5. 12. 13. *Quia*
cognoui multa scelera vestra & fortia
peccata vestra. Ideo prudēs in tempo-
re illo tacebit, quia tempus malum est.

Octaua ratio est, propter quām
plurima incommoda loquacitatis
& linguæ effrenis, quæ infrā à capit.
tertio ad cap. 20. septuaginta octo
trademus.

Nona ratio, ex contrario loqua-
citatis, taciturnitate & silentio, cu-
jus nullo auro , aut lapide pretio-
so comparabiles fructus quinqua-
ginta duos, à cap. 20. ad cap. 23. luce
meridiana clariū cognoscere po-
terit. Et nūc quidem incomoda lo-
quacitatis æqua iudicij lance & ma-
ximè ad trutinā sacrarū literarū or-
dine ferè alphabetico examinem⁹.

SEPTVAGINTA
OCTO INCOMMODA LO-
QVACITATIS ET LIN-
guæ effrenis.

CAPVT III.

*Anima inde quām grauissimè læditur &
amicus debonestatur.*

*Ani-
ma læ-
ditur.* Primum & potissimum est quod
ea pars, quæ in homine potissi-
tissima, & cuius, ut est Eccles. 26.
20. non est ponderatio digna, ve-
hementer læditur. Hinc eodem li-
bro cap. 20. 8. dicitur: *Qui multi-
vitur verbis lædit animam suam.*
*Ani-
mæ di-
gnitas* Eam scilicet, quam cautissimè con-
seruare debuerat, & cui lucrum
totius mundi anteponere minimè
licebat. *Quid enim ut est Matth. 16.
26. Marc. 8. 36. Luc. 12. 25. prodest
homini si vnsuersum mundum lucre-
tur, animæ vero sua detrimentum pa-
tiatur? aut quam dabit homo com-
mutationem pro anima sua?* *Filiu e-*

nim

A nim hominis venturus est in gloria
O Patris sui cum angelis suis, & tunc
reddet unicuique iuxta opera sua. Ad.
de etiam juxta linguā suam. Cùm
Matth. 12. 36. 37. Ex verbis nostris
iustificabimur, aut damnabimur,
& de omni verbo otioso daturi si-
mus rationem in die iudicij, vt la-
tiùs infrà capit. 10. Cùm ergo di-
ctum sit Deut. 4. 9. 14. *Custodite*
ipsum & animam tuam solitè. Pro-
uer. 13. 3 *Qui custodit os suū custodiat*
animam suam. Qui verò eam vigi-
lantissimè custodit, nequaquam
eam per linguæ effrenis licentiam
lædi patietur, quin potius mortem
ipsam aliquando pro linguæ cu-
stodia subire paratus esse debebit;
quod sequenti exemplo probari
potest in gratiam religiosorum.

Secundum incommodum hoc
in capite est quòd amicus dehone
statur subinde per nostram lo-
quacitatem. Hinc Prou. 25. 8. *Quæ*

Ami-
cus de
hone
statur

viderunt oculi tui, ne proferas in iurio citò, ne postea emendare non posis cùm de honestaueris amicum tuū

CAPUT IV.

Silentium regulare infringere nolentes duo Religiosi, à barbaris capti, morte etiam intenta, infringere noluerunt, & grandi miraculo ex eorum manibus liberati sunt. Sic
mile patet ex silentio Secundi
Atheniensis Philos
sophi.

Clunia
censes
fratres

Va de re Vincentius, Beluensis Episcopus ordinis I. Dominici, qui circa annum 1250 in speculo historiarum ita scribi. Tempore quo saeuissima genitio Northmannorum, Pictorum, Turonum fines vastabant, dui fratres ordinis Cluniacensis Turones mittebantur. Qui dum caperent iter, & in quendam locum gratia quiescendi diuertissent, a eisdem Northmannis nocte capi sunt; & capere quidem eos, ac ligare manus eorum, deinde mina potuerunt, sed eorum silentium

corrumperne nequiuerunt. Manè autem cùm ad locum constitutum applicuissent fratres vt erant ligati se paululum ab eis sequestrantes, in terram se prostrauerunt, vt peracto Psalmorum cursu, silentio finem imponerent. Non dum verò oratione completa venit pars reliqua Northmannorum multa præda capta, quorum Dux cernens fratres in terra iacere, auditò quòd illi nullo modo possent eos loqui facere, barbarica immanitate turgidus, inclinato velut ad feriendum conto, irruit super eos, metum mortis incutieis, cæteris quoq; barbarico ritu manibus plausum dantibus. At illi vt erant animo constantes, corpore permanserunt immobiles, quòd fiebat jure & obseruantia sanctæ regulæ, sub qua & mori cupiebant & viuere. Sed Omnipotētis manus, eorum exhilaratum spectaculum,

con-

*Sors
malo-
rū non
cadit
in bo-
nos.*

conuertit in luctum. Mox enim ut ille barbarus ad eos appropinquit, equus phaleratus cui insidebat in obliquum resiliuit, & sessorem eius in terram stravit. & collisit, quam collisionem statim febris lethalis secuta est. Conticuerunt omnes, & versi in stuporem cœperunt quærere inter se, quid ex eis deberent facere. Tandem reperto consilio, dignum esse censuerunt, ut pro vita sui Ducis unus ex eis cœderetur. Deinde cœperunt sorte quærere, quem ex eis deberent interimere; sed super virtutum viros, & sorte Christi connumeratos nullo modo diabolica cadere poterat sors, ita ut illi obstupescerent, dicentes eos ultra homines esse, super quos eorum sors non potuisset cadere. Tunc manus eorum velociter dissoluerunt, & abire fecerunt. Hæc ille. Idem probatur exemplo gentilium. Quidam enim

Philo.

Philosophus Athenientium, Secundus nomine, tanto studio (ob certam quandam causam quam videre poteris apud eundem Vincetium Beluacensem Episcopum lib. 10. speculi historialis cap. 70.) se-
ctatus est silentium, ut mortem ci-
tius oppetere paratus fuerit quam silentium violare. Circa cuius te-
pus Adrianus Imperator veniens Athenas, eumq; ad se vocatum, ve-
nientem primus salutauit: illo
verò tacente, loquere inquit Phi-
losophe, ut aliquid à te discamus.
illo autem in proposito silentij
persistente, mandauit spiculatori
ut eum cum quodam altero edu-
ceret capite plectendum. Laten-
ter verò eidem carnifici dixit, lo-
quere ei in via. & persuade ei, ut
loquatur, & si quidem persuasus
locutus fuerit, decolla eum: si
minus reduc illum ad me, cùm ve-
rò in loco tormento aut supplicio

Secun-
dus
Phi-
losophus

Adria-
nus
Impe-
ratoe.

destinato

destinato, diceret spiculator. Se-
cunde extende ceruicem, & excipe
in ea gladium, ille extendens cer-
uicem silentio vitam postposuit.
Apprehendens ergo eum, venit
ad Adrianum Imperatorem, dices:
Secundum usque ad mortem ta-
cuisse.

• C A P V T V.

*Proueniunt casus, & ruinae ex mala custo-
dia linguae. Exemplo etiam
Luciferi.*

*Casus
linguae*

Hoc caput duo incommoda
alia loquacitatis complecti-
tur, quorum primum est, casus :
quem videns Eccl. capit. 22. 33.
inquit: *Quis dabit ori meo custodiam,*
& super labia mea signaculum cer-
tum; ut non cadam ab ipsis, & lingua
mea non perdat me. Varij quidem
sunt casus vnde facile resurgimus,
& quorum dolori mederi non est
magnae industriae; at secus est in
casu linguae, cui medicamenta ad-

hiberi

hiberi nequeunt, volat siquidem irreuocabile verbum. *Multi, enim* vt est Eccli. 28. 22. *ceciderunt, vi-*
de casum, in ore gladij, sed non sic,
quasi per linguam. Et v. 29. *Aurum*
tuum, & argentum tuum confla, &
verbis tuis facito stateram & franos
ori tuo rectos: & attende ne forte laba-
ris in lingua tua, & cadas in conspectu
inimicorum insidiantium, & sic casus
tus insanabilis in mortem.

Alterum est in hoc capite ruina,
quæ grauior est casu. Vnde Prou.
26. 28. dicitur. *Lingua fallax non a-*
mat veritatem, & os lubricum opera-
tur ruinas. ¶ 18. 7. *Os stulti contritio-*
eius, & labia illius ruina anima eius.
Hic casus & ruina manifestissimus
suit in Lucifero. Cuius casum ad-
miras Isaias, inquit, cap. 14. 12. *Quo-*
modo cecidisti de cœlo Lucifer qui ma-
ne oriebaris? Corruisti terram, qui
vulnerabas gentes? Qui dicebas per
verbum mentis in corde tuo in cœlū,

Luci-
feri
casus.

conscendam super astra Dei exaltabo
solium meum, &c. Quem casum suis-
le instar ruinæ repentinum, Salua-
tor afferit, cùm inquit, Luc. 10. 18.
*Vidi Satanam sicut fulgur de cœlo ca-
dente.* *De cœlo,* inquit; in quo
Apoc. 8. 1. factum est silétium me-
dia hora, in qua si tacuisset Lucifer
in corde suo, utiq; non cecidisset.
Verè itaq; dixit Ecclesiastes 10. 12.
Verba insipientis præcipit abunt eum.
Et pro. 17. 29. *Qui exaltat os suum,
quærit ruinam.* Et de huiusmodi,
qui iugum silentij excusserunt dici
potest id, quod de Iudæis dixit O-
seas cap. 7. 16. *Reuersi sunt ut essent
absq; ingo: facti sunt quasi arcus do-
losus: cadent in gladio principes eo-
rum à furore lingua sua.*

CAPUT VI.

*Ex eadem loquacitate prouenit ciuitatum per-
ditio, & subuersio, coinquinatio homi-
num, contritio spiritus.*

Primum hoc in capite malum

tradit

tradit Salomon Prou. II. II. cùm inquit. *Benedictione Iustorum exaltabitur ciuitas: & ore impiorum subuertetur.* Quod manifestissimum fuit in nostra Germania, vbi cùm olim summa deuotione Catholicon vigerent, vti vbi etiainnum in flore sunt, processiones circum ciuitates, cum hymnis, & canticis instituebantur, & cum mœnibus, tum portis ciuitatum, à sacerdote benedicebatur. Sic olim ad orationes sacerdotum Ezechiae, & totius populi pro ciuitate Ierusalem respondet Dominus, *Protegam ciuitatem istam, ut saluem eam propter me, & propter David serum meum.*

Isa. 37. 35. 4. Reg. 19. 34. Multò magis propter se & filium Dauidis Christum Dominum, qui non tantum circumfertur, ut manna in arca testamenti, circa muros Iericho; sed ut panis vitæ in sanctissimo sacramento. Sic Ecclesiasticus capit.

ciuita
tū sub
uersio.

Proce-
siones
circa
ciui-
tates.

36. 15. 16. orabat dicens. *Miserere ciuitati sanctificationis tuae Ierusalem, ciuitati requie tuae. Reple Sion inenarrabilibus verbis tuis, & gloria tua populum tuum.* At ubi prodierunt haeretici: quorum os non adfert benedictionem: sed ut est ludæ capti, 16. *Loquitur superba tumdemum ore impiorum cum summo dolore videmus non tantum subuersas ciuitates, sed integros comitatus & prouincias, ne dicam bellis, & intestinis dissidijs, in se ipsis diuinas, commanducasse, quasi linguas suas præ dolore, ut ei Apocalyp. cap. 17. v. 10. Lingua certia, id est detractoria, inquit Ecclesiast. capit. 28. v. 16. *Multo commouit, & dispersit illos, de gente in gentem: ciuitates muratas dimitum destruxit, & domos magnorum effodit, virtutes popularum concidit, & gentes fortes dissoluit.* Plura cap. 14 numero 1.*

Secun-

Secundūm in hoc capite est, quod mala, quæ de ore nostro procedunt coinquian^{coin-} tur hominem. Id quod ex testimonio Christi apud Diuum Matthæum capit. 15. ver. 18. superiùs capite 2. ratione prima probauimus.

Tertiūm est quod contritionem afferat spiritus. Hinc Proverb. 18. 7. *Os stulti contritio eius.* Ne verò putas leuem hanc, vel exiguam corporis, aut membra alicuius contritionem, id magis explicat capit. 15. 4. cùm inquit: *Lingua placabilis lignum vite: Quæ autem immoderata est, conteret spiritum.*

CAPUT VII.

Linguosi dirigi nequeunt, tendunt ad errorē pessimum, & diuinam in se gratiam corrumpunt.

Primum in hoc capite est quod directionem diuinam nobis per necessariam impedit, pro qua tamen sancti homines po-

quin-
tur ho-
mo.

Contri-
tio spi-
ritus.

Direc-
tionē
imped-
it.

stula-

stularunt ut Dauid, cùm orauit,
Psal. 5. 9. *Dirige in conspectu tuo viam*
meam. Et 24. 4. 5. Vias tuas Domi-
ne demonstra mihi, & semitas tuas do-
ce me. Dirige me in veritate tua, &
doce me quia tu es Saluator meus. E-
26. 11. *Legem pone mihi Domine in*
viam tua & dirige me in semita recta
propter inimicos meos. In omnibus
siquidem vijs, insidiantur nobis ini-
mici nostri, & ita lege silētij maxi-
egemus. Hinc iterum iterumq; cla-
mat Dauid ad Dominum, Psalm
118. 5. *Utinam dirigantur via mea, &*
custodiendas iustificationes tuas. Sed
ut cultus iustitiae silentium. Isa. 32.
17. *sic verum est id Proph. 16. 13.*
Qui recta loquitur, dirigetur. Vice
verò versa Dauid Psal. 139. 12. Lin-
guosum iniusto coniungés, inquit
Vir linguosus non dirigetur in terra,
virum iniustum mala capient in in-
teritu. Atq; ita uti iustus Isa. 57. 1.
2. *ambulat in directione sua, per*

cultum

cultum iustitiae: quem esse silentium,
idem Propheta dixit: Sic iniustus
propter linguæ licentiam in viam
iustitiae Christianæ minimè dirigi-
vnquam poterit.

Secundum ergò in hoc capite
ex priore malo consequitur: Ex
mala siquidem viæ directione ne-
cessitatem est, ut in fine error
pessimus obueniat. Id quod & Ec-
clesiastes testatur cap. 10. 12. 13. di-
cens: *Verba oris sapientis gratia &*
labia insipientis præcipitabunt eum.
Initium verborum eius stultitia & no-
uissimum oris illius error pessimus.
Relicto ergò hoc errore, cāremus
id ex cantico quod Isai. 26. 1. 2.
cantabitur in terra Iuda. *Urbs for-*
titudinis nostræ Sion, Salvator pone-
tur in ea murus & cātemurale ne sci-
licet ingrediatur hostis humani ge-
neris, ut paulò post dicetur. Ape-
rite portas & ingrediatur gēs iusta, cu-
stodiens veritatem. Christum scilicet,

In fine
error
pessi-
mus.

per silentium, qui est Ioan. 14. *Via, veritas & vita.* Et quid sequitur? *Vetus error abiit: seruabis pacem, opus enim iustitiae pax, & cultus iustitia, silentium.* Isa. 32. 17.

*Gratia
Dei
perdi-
tur.*

*Simile
ex cu-
licibus*

Tertiū est, quod gratia Dei facile corrumpitur in talibus hominibus. Nam ut recte docet Santos Isaac, oratione duodecima, de vino. Si dolij, aut vasis vini os aperitum maneat, culices facile ingrediuntur, & vinum corrumpunt. Idem, inquit, accidit in multiloquio, facetis & vanis sermonibus. Cui addo. Qui habet illud pretiosissimum vinum, quod apud Zachariam Prophetam cap. 9. 17. germinat virgines, illud quam diligenterissimè per linguæ custodiā tueatur ne per linguæ licentiā vel acescat, vel computrescat. Nota verò quod gratia non sit res exigua sed Dei donum, iuxta id Psal. 83. 12. Gratiam & gloriam dabit Dominus.

CAPVT VIII.

Habitationem loquacium eſe absque ianua
pulchro exemplo probatur, vii etiam
quod hostes prouocent.

Primò enim, habitationem ^{sunt} eorum esse absq; ianua, quām ^{sine ia} sit res periculo coniuncta, docet ^{nua.}
Iob 30. 13. 14. Dissipauerunt itinera
mea, infidialiſ ſunt mihi: & praua-
luerunt, & non fuit, qui ferret auxiliū.
Quasi rupto muro, & aperta ianua
irruerunt super me, & ad meas mife-
rias deuoluti ſunt. Hinc in Vitis Pa-
trum libro de Continentia, ita
ſcribitur. Duo fratres volentes ^{Exem-}
venire ad Anthonium, de loco ^{plum.}
Schythi ingressi ſunt nauē, vt irent
ad eum. Et inuenerunt in ipſa nauī
ſenem, qui & ipſe ad Anthonium
ire volebat: ignorabant autem eū
fratres, & ſedentes in nauī loque-
bantur sermones Patrum, & de
ſcripturis, & rursus de opere ma-
num ſuarum; ille autem ſenex

per

per omnia tacebat. Cùm autem venissent ad portum, agnouerunt & ipsum senem proficisci velle ad Abbatem Anthonium. Cùm autē venissent ad eum, dicit eis Abbas Anthonius. Bonum comitem itineris inuenistis senem hunc. Dixit autem & seni: Bonos fratres inuenisti tecum Abbas. Dicit ei senex: Boni sunt quidem, sed habitatione eorum non habet ianuam. Quicunq; vult intrat stabulū & soluit asinum. Hoc autem dicebat, quia quodcunq; eis ascendebat in os, loquebantur. Hæc ibi. Meritò ergo dicimus cum Job. Quod in aper tam ianuā loquacium irruunt inimici, & de bonis nostris agunt prædas, ac tandem direptis omnibus, ad nostras miserias deuoluti, subsannant nos. Vide plura infrā cap. 16, numero 2.

Secundò hostes prouocat, id quod vaticinio Isaiæ 8. 5. 6. 7. 8.

Hosti-
bus pa-
tent.

osten-

ostenditur, cùm inquit: *Et adiecit
Dominus loqui ad me adhuc*, dicens: *Pro eo quòd abiecit populus iste aquas
Siloë, quæ vadunt cum silentio*, & as-
sumpsit magis, Rasin, & filium Rome-
lia; propter hoc ecce *Dominus addu-
cet super eos aquas fluminis fortes*, & *Aqua*
multas, regem Assyriorum, & omnem cum
gloriam eius: & ascendet super omnes silētio.
*riuos eius, & fluet super uniuersas ri-
pas eius, & ibit per Iudam inundans,*
& transiens usq; ad collum veniet.
Quo enim alio iusto Dei iudicio,
*hoc exulceratissimo tēpore mul-
torum religiosorum domicilia de-
vastarunt militum armatæ manus,*
*ita ut nec riuis fontium peperce-
rint; nisi quia ut Amos 8. 3. assum-
pta loquacitate, in omni loco proi-
citur silentium, & aquæ quæ
vadunt cum silen-
tio, contem-
nuntur?*

* *

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

*

CAPVT IX.

Lingua loquacis vt ignis inflamat, & odiosa
bilis est, nec non onus graue sibi metipsi
imponit, quod & exemplo cuiusdam mulieris docetur.

Ut ignis in
flamat

Lingua
igne
mali
tia.

Primùm, hic ponitur periodus
lum perpetui quasi incendij
labijs, & lingua loquacis & impetuosa
Vnde dicitur, Prou. 16. 27. *Vir in
pius fodit malum, & in labijs eius ignis
exardescet.* Quod clarius D. Iacobus
Apostolus, cap. 3. §. 6. 7. 8. hunc
verbis explicat. *Ecce quantus ignis
quam magnam syluam incendit?* Be
lingua ignis est, uniuersitas iniquitatis.
Lingua constituitur in membris nostris, que maculat totum corpus, & in
flammat rotam nativitatis nostrae in
flammat a gehenna. Omnis enim
natura bestiarum, & volucrum, du
serpentium, & ceterorum domantur
& domita sunt, a natura humanitatis.
Linguam autem nullius hominum ad
mare potest, inquietum malum, p. A.

num veneno mortifero. Ad quæ ver-
r odiā alludens D. Chrysostomus ho-
ipſi mol. 9. operis imperfecti in Mat-
thæum, inquit. Sicut ignis de modi-
ca scintilla magnum conflat incē-
dium; ita & sermo malus de leui
occasione magnam succedit ini-
micitiam, Hæc ille. Rectissimè er-
gò dicitur Ecclesiast. 20. 15. de ho-
mine insipiente. *Apertio oris illius*
inflammatio est. Hæc inflammatio
scintillam sumpsit ex naso, ore, &
habitū diaboli, qui scilicet ex ore
Behemoth egreditur: quem de-
scribens Iob 4. 9. 10. 11. 12. inquit:
Sternutatio eius splendor ignis: & ocu-
li eius, ut palpebra diluculi. De ore diabo-
eius lampades procedunt, sicut redæ li:
ignis accensæ. De naribus eius proce-
dit fumus, sicut olla succensæ atq; fer-
nentis. Halitus eius prunas ardere fa-
cit, & flamma de ore eius egreditur.
Hinc etiam, ut est Eccles. 23. 23.
Anima calida quasi ignis ardens non

Halit
tus

extinguetur donec aliquid glutiat;
homo nequam in ore carnis sua n
desinet donec incēdat ignem. Id qu
in omnibus susurronibus & deti
ctoribus plus æquo cernitur.
ex Prou. 18. 6. patet, vbi dicit
Labia stulti miscent se rixis, & ose
iurgia prouocat. Ab his omnibus
ber est, qui linguā cohibere didic

Odibi
lis lo-
quaci-
tas.

Alterum hoc loco est, quod h
iusmodi homines sunt odibili
Nam vt est Ecclesiast. 9. 25. Ter
ibilis est in ciuitate sua homo linguos
& temerarius in verbo suo odibi
crit.

Iugū
Domini ab
iicit.

Tertiūm est, quod sic iugū D
mini suave & onus leue ab ieiun
Silentium siquidem onus leu
Matth. 11. 30. vnde lētitia nobis c
ciliatur iuxta id; Psal. 106. 30. L
tati sunt quia siluerunt. Cuius lēti
argumētum vide in Pambone A
bate infrā capit. 42. num. 3. At
onere loquacitatis inquit Ieremi

cap

capit. 23. 36. *Onus Domini ultrà non memorabitur, quia onus erit unicuique sermo suus: quia peruerteris verba Dei viuētis, Domini exercituum Dei nostri.* Hoc onus est vnum existis oneribus de quibus Isai. 46.1. *One-
ra vestra gravi pondere usq; ad lassi-
tudinem.* Hinc Vincentius libr. 3. Moral. dist. 3. parte prima, refert de quodam qui vxorem habuit admodum garrulam, lingua grauem ad tollerandum, quam vir eius in naui & in mari habebat itineris so- ciam. Exorta verò tempestate cùm ad subleuandum nauem nauta pre- ciperet, ut quisq; onera grauiora è naui proijceret, vir eius exhibuit vxorem in mare mittendam, di- cens; in tota naui non esse aliquod onus lingua vxoris suæ grauius. A quo onere facili negotio se expe- diunt, qui vitam cœlibem extrà iugum matrimo- nij transfigunt.

Vxor
garru
la onus

CAPUT X.

In multiloquio est periculum peccati & rationi reddendae nos facit obstrictos.

*In lo-
quaci-
tate
pericu-
lum
peccati*

Primùm quòd in hoc loco ponimus, est periculum peccati id quod asserit Sapiēs. Prou. 10. 19 cùm inquit: *In multiloquio non derit peccatum; qui autem moderatur labia sua prudentissimus est.* Si autem peccatum est fugiendum iuxta id Eccli. 21. 2. *Quasi a facie colubri fuge peccatum, & si accesseris ad illa, suscipient te, erit & fugiendum multiloquium.* Nam vt eodem libro dicitur, cap. 23. 17. *Indisciplina & loquela non assuecat os tuum: enim in ea verbum peccati.* Sed vt est Eccli. 19. 17. *Quis est, qui non deliquerit in lingua sua?*

*Inde
verba
otiosa.*

Alterùm hoc est, quòd in multiloquio multa verba sunt otiosa. De quibus Saluator Matth. 12. 36. loquēs dicit. *Dico autem vobis, quo-*

niam

niam omne verbum otiosum quod locutifuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Nihil æquè diuinæ bonitati displicet quam otium, quod & vitium est, inter Sodorum iniquitates relatum. Ezekiel. 16. 49. Quod nec Deus patitur in operarijs in foro stantibus. Matth. 20. 3. 6. nec in adolescētioribus viduis, 1. Tim. 5. 12. 13. nec muliere forti, Prou. 31. 17. nec vlo in loco. Nā vt est Eccli. 33. 29. *Mulieram malitiam, docuit otiositas.* Ac proindē, nec Christus, nec Pater cœlestis eam in lingua perferre potest; cūm, nec ipse Christus, nec Pater sit otiosus, iuxta id Ioan. 5. 17. *Pater meus usq; modò operatur, & ego operor.* Ut rem ergò otiosam non patitur, ita nec verbum otiosum, quin de eo reddenda sit ratio in tremendo die iudicij. D. verò Bernardus verbum otiosum vocat id quod sine vtilitate audientis

otium

vitan-

dum.

Tri-
bus de-
causis
verbū
otiosū
fugiē-
dum.

Quan-
tam a-
teria
loquē-
di Chri-
stiano.

Tempo-
ris ra-
tio.

aut loquentis dicitur. Est autem verbum otiosum triplici de causa fugiendum. Primo, propter periculum. Quicquid enim non aedificat audientes teste D. Bernardo in Epistola, in periculum vertitur audientium. Ambrosius serm. 22. super Psalmum 118. Beati immaculati, inquit. Non mediocre periculum est, cum habeas tanta eloquia Dei & opera quae fecit, si praetermissis illis, loquaris quae seculi sunt, vel laudias. Tum secundò tempus pretiosum, quo nihil pretiosius habemus inutiliter amittatur. Bernardus libro de consideratione, Nemo, inquit, parui aestimat tempus, quod in verbis consumitur otiosis: volat tempus irreuocabile, volat verbum irreuocabile, nec aduertit insipiens quid amittat. Et infrà. Cur perdis illud, quo diuinam tibi repropitiare debueras pietatem, properare ad an-

gelicam

gelicām societatem, suspirare ad amissam hæreditatem, aspirare ad præmissam felicitatem, excitare remissam voluntatem, flere commissam iniquitatem. Quare dicit B. Isidorus: Sicut falsitatis crimina à proficientibus pertimescuntur; ita otiosa verba à perfectis viris vitantur. Tum tertio, propter discussionem extremi iudicij. Teste enim ipsa veritate Matth. 12. 36. *De omni verbo otioso in illo reddenda erit ratio, ut paulò ante diximus.*

C A P V T X I.

Loquaces ranis immundis esse similes, & ex loquacitate scandalum multa usq; ad mortem ipsam præuenire.

Primūm est quod loquaces quietem aliorum penitus turbent, ac proinde loquaces meritò ab aliquibus ranis similes habeantur Aegyptiacis, quæ omnibus rebus molestiam attulerunt, quorum &oris strepitus, molestissimus est, vñ-

*Ranis
similes*

de Poëta qui de Philomela scripsit
inquit: **Garrula limosis rana coa-**
xat aquis. Sunt enim ranæ garru-
læ, terrenæ, viscosæ, & limosaæ.
His iuste affligeabantur Pharaon &
Aegyptij. Nam vt dicit, Exod. 8.3.
4. Moyses ad Pharaonem. **E. bullies**
fluvius ranas, quæ ascendent, & in-
gredientur domum tuam, & cubiculū
lectuli tui, & super stratum tuum, & in-
domos seruorum tuorum, & in populum
tuum, & in furnos tuos, & in reliquias
ciborum tuorum, & ad te, & ad popu-
lum tuum, & ad omnes seruos tuos in-
trabunt ranae. Hæ sunt istæ ranæ lo-
quaces, quæ si irrepserint in domos
religiosorum, omne ibi genus ho-
minum, & omnia loca conturbat,
& defœdant. Prodit enim loquaci-
tas, quasi de ore draconis inferna-
lis, de ore bestiæ, & de ore Pseudo-
phrophetæ, vt ex eorum ore D.
Ioannes Apocal. 16. 13. *Vidit exire*
tres spiritus immundos, in modum

ranarum. Sic & in vita S. Dominici, Diabolus totam locutoris domum sibi vendicat. Vide D. Laurentium Suriū in vita S. Dominici.

Diabolus locutorij desum

Secundò considerandum, quanta scanda la orientur, & inquietudo ex lingua multiloqua. Nam ut est, Prover. 18. 21. *Mors & vita in manibus lingua.* Quem etiam locum D. Benedictus suis discipulis capit. 2. suæ regulæ proponit: insinuans scanda la inde oriri posse, quæ tandem ex rixis, susurrationibus, detractionibus, contentionibus mortem concilient: & sic vice versa ex recta custodia, vitam. Nam ut ait Chrysost. hom. 4. ad Baptizandos media utriusq; partis (inter vitam scilicet & mortem) lingua est, & si utriusq; est, Dominus est. Nā & gladius in medio positus, si quidem fuerit aduersus hostes arreptus, salutaris accipiendi reperitur: si verò tenētis visceribus inferatur,

occupat.

Scandalala dignit

Vita & mors in lingua, quomodo.

Lingua à
natura
munis-
ta.

mortem præparat inferenti: non quia talis ferri natura, sed quia vtē tis tale consilium est: ita & lingua æstimetur gladius in medio positi. Armetur aduersus peccata tua, non ad fratris plagam præparetur. Et ideo Deus eam velut muro dupli voluit circumdari. Nam dentium tegmine & labiorum custodia continetur, ne verba improvida garrulitate proferātur. Hæc ille

CAPUT XII.

*Hæc scandalum magis probantur ex contentione-
bus, detractionibus, contumelijs, derisio-
nibus, injurijs & rixis, que ex lo-
quacitate proueniunt.*

Contentio-
nes.

Primò, ex his scandalis numerantur contētiones. Hinc Proverb. 20. 3. *Honor est homini qui se-
parat se à contentionebus, omnes stulti-
miscentur contumelijs.* Tales namq; similes sunt Iudæis, qui, Deut. 31.
17. semper contentiosè egisse per-
hibentur à Moyse, instructi à sa-

pientia

pientia carnali, animali, diabolica.
Iacob. 3. 14. 15. 16. Nam & opus
carnis est, Gal. 5. 20. vnde pugnæ
verborum, i. Tim. 6. 4. Act tandem
ex ea conseruntur manus, & ad
mortem usq; decertatur.

Secundò, detractiones inde
proueniunt. Hinc Prou. 4. 24. Re-
moue à te os prauum, & detrahentia
labia sunt procul à te. quia Psal. 100. 5.
Detrahentē secretò proximo suo, hunc
persequebar. Hi enim agunt contra
id, Leuit. 19. 14. Non maledices sur-
do, nec coram cœco pones offendicu-
lum, id est, scandalum. Maledicit
surdo, qui detrahit absenti, qui
non audit; ponit offendiculum cœ-
co, qui incautum decipit. Rectè
ergò, Sap. 1. 11. dicitur. Custodite vos
à murmuratione quæ nihil prodest, &
à detractione parcitè lingua, quoniam
sermo obscurus in vacuum non ibit; os
autem quod mentitur, maximè de-
trahendo, occidit animam. Detra-

Detra-
ctio.

ctor

etor enim nec hominibus nec Deo
gratus. Vnde Prou. 24. 9. *Abomi-*
natio hominum, detractor. Roman.
cap. 1. vers. 30. *Detractores Deo*
odibiles. Et Prouerb. cap. 24. ver.
21. *Cum detractoribus non commi-*
scearis, quoniam repente consurget
perditio eorum, & ruinam viriū q
uis nouit? Vide plura infrā capit.
59. litera D.

Derri-
siones
contu-
meliae.

Tertiò, oriuntur derisiones,
& contumeliæ, sed ut est Prou. 19.
29. *Parata sunt derisoribus indicia:*
& mallei percutientes, stultorum cor-
poribus. Vbi verò derisor ibi & iur-
gia sunt, quibus eiectis, ejicitur &
contumelia, ut est Prou. 22. 10, A.
lioquin Ecclesiast. 6. 1. *Contume-*
liam hæreditabit malus, qui scilicet
eam per linguæ continentiam non
eiecerit.

Iur-
gia.

Quartò, oriuntur iurgia, quæ e-
tiam cessant susurrone subtrahto.

Pro

Prouerb. 26. 20. Cūm defecerint li-
gna, extinguetur ignis, & susurrone
subtracto iurgia conquiescent. Quæ
& inter iactabundos sunt, vt est
Prouerb. 28. 25. Qui se iactas & di-
latat, iurgia concitat; qui vero sperat
in Domino, sanabitur. Eadem stultus
prouocat. Prouerb. 18. 6. 7. Labia
stulti miscent serixis, & os eius iurgia
prouocat. Os stulti contritio eius, &
labia ipius, ruina animæ. Est autem
proprium Apostatarum à Deo, &
religione christiana, Ecclesiastica
& Monastica, iurgia semper & om-
ni tempore, ne dicam, loco semi-
nare. Id quòd in Luthero, Calui-
no, Buccero, Ocelampadio & si-
milis farinæ hominibus videre est,
de quibus verissimum id, Prouer-
bior. cap. 6. verl. 12. *Homo Apo-
stata, vir inutilis, gradituer ore per-
uerso, annuit oculis, terit pede, pri-
digio loquitur, prauo corde machi- & os.
natur malum, & in omni tempore*

*Apoc
stata
descri*

iurgia

iurgia seminat. *Huic exemplō veniet perditio sua, & subito conteretur, nec habebit ultrā medicinam.* quod sati superq; patet ex infelici eorum interitu. nec ab eo dissidet Sapiens cūm inquit: *Prou. 17. 11. Semper iuria querit malus, angelus autē crudelis mittetur contra eum.*

Rixa.

Quintō, sic & de rixis dicendum, quæ & inter opera carnis, Gal. 5. 21. referuntur, quæ hinc proueniunt. Quæ *Prou. 26. 21. homo iracundus suscitat & prouocat.* *Prou. 15. 18. † 29. 22. Qui verò, ut est *Prou. 17. 19. meditatur discordias diligit rixas: & qui exaltat os suum querit ruinas.* Hoc loco non est sermo de Prophetis, & concionatoribus, qui ad correptionem aliorum rixari putantur. Vnde de se *Ieremias capit. 15. 10. loquitur, Vae mibi mater mea: quare genuisti me virum rixa, virum discordia, in universa terra?* non fænerauit, nec fæne-*

rauit

rauit mihi quisquam, omnes maledicunt mihi. Utinam ad huiusmodi rixas multi vterentur lingua sua, ad religionem Christianorum, quā Iudæi lectam vocarunt, cui vbiq; Actor. 28. 22. contradicitur, defendendam. Ad quem finem quod vti lingua sua debeant prophetæ & concionatores docetur infrā capite 57. numero 2.

Sextò recenset D. Paulus multa simul scandala 2. Cor. 12. 10. Contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractio-nes, susurrations, inflationes, seditiones. De quibus vide latius in Thesauro nostro Biblico, in singularum titulis.

Scandalum multa.

C A P V T X I I I .

*A lingua mortis periculum pendere docetur exemplis sacræ scripturæ, & Pita-
taci Philosophi.*

Nunc videamus uno aut altero exemplo in medium ad-
ducto,

Mors.
Maria

ducto, quid mali pariat linguae licentia. Maria soror Moysi, cur lepro quasi mortua percussa? Num. 12. 8. 9. 10. Nunquid ex linguae licentia, cum teste Domino non timuit detrahere seruo Dei Moysi? Core, Dathan & Abiron, quare viuos deglutiuit terra. Et descendebunt in infernum viuentes? Num. 16. 30. Nunquid quia ex linguae licentia, cum vers. 3. steterunt aduersum Moysen, & Aaron, dicentes: *Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus: cur eleuamini super populum Domini?* Semei filius Gera cur iussu Salomonis imperfectus perijt? nunquid ex linguae licentia, qua Dauidem, Absolonem filium suum fugientem maledictis incessit, dice: 2. Reg. 16. 7. *Egredere, egredere vir sanguinum, & vir Belial?* Quem licet Dauid non sit passus ab Abisai filio Saruiæ, ibidem ver. 9. interi-

mi : eius tamen linguae petulan-
tiam Salomon morte vindicādam
censuit , eumq; vt est 3. Reg. 2.
46 per Banaiam filium Ioiadæ
trucidari fecit. Et id recte qui-
dem, quòd parens eius ob mansue-
tudinem vlcisci noluit, filius vt sa-
pientissimus iudex iustitiæ gladio
punire voluit, cùm contra legem
Exod. 22. 28. datam , *Principi po-
puli tui non maledices, ex Diametro*
egerit. Et c. 21. 16. Qui maledixerit
patris suo vel matri, morte moriatur.
Et demum quòd grauius est tali-
bus, non temporalis tantum mors,
sed sempiterna maneat.. Maledici-
enim, à regno cœlorum . 1. Cor. 6.
10. arcebuntur. Atq; ita lingua ne-
quam, nulli quām sibi meti ipsi per-
nitiosior; similes enim qui illa de-
prauantur sunt viperæ quæ adhæ-
sit quidem manui S. Pauli Actor.
cap. 28. 3. at illi nihil nocimenti
attulit , sed sibi meti ipsi soli , cùm

Mors
eter-
na per
linguā

Ling-
ua ne-
mini
quām
sibi per-
nitio-
sior ex
emplo
viperæ

ab eo ex manibus in ignem excus-
sa, igne consumpta fuit; ita lingua
nequam tandem cum epulonis di-
uitis Luc. 16. 14. lingua, æstuantis
gehennæ incendijs torquebitur.
Quid comemorem infinitam Iu-
dæorum multitudinem, quæ in de-
serto corruit, linguae nimia licen-
tia? cum terræ promissionis ut to-
to ferè capite 14. libri Numeri vi-
dere est, detraxit, maximè ver. 24.
30. 38. ita ut ex sexcentis tribus
millibus trecentis & quinquagin-
ta, à viginti annis & suprà Exod.
38. 26. Num. 1. 43. demptis & sa-
cerdotibus nullus illorum nisi Jo-
sue, & Caleph terram promissio-
nis aut ingressus est, aut ingredi
debuerit. Plura vide infrà capit.
14. numer. 3. vnde manifestissi-
mum est quod præcedenti capite
ex Proverb. 18. 21. diximus. *Mors*
& vita in manu lingue. Hinc Ana-
charsis interrogatus, quid esset

Iudæi
quām
pluri-
mi ob
eam
occisi.

Anas
charsis
de lin-

in

in homine pessimum, & quid optimum? respondit, lingua. sentiens idem membrum plurimum prodesse, si recta ratione gubernetur, obesse verò si secus. vnde & Poëta quidam Christianus.

qua iudiciū quòd optima sit & pessima.

Nil melius lingua, lingua nil peius eadem.
Nobile lingua bonum, quæ fari in tempore nouit.
Est tibi lingua malum, si fari in tempore nescit.
Lingua bonū eximium fuerit, si pauca loquaris.
Siq; modum seruas, dicetur lingua renusta.

Cui & id conuenit quòd de lingua censuit Pittacus inter septem Græciæ sapientes clarissimus. Hic enim ab Amase rege Aegypti immolatitia pecude donatus, ea lege ut inde partē quam videret pessimam, aliamq; quam existimaret optimam, ex eadem hostia remitterent regi (qui duas dissimilimas partes se recepturum expectabat) non duas discrepantes partes: verum vnicam exactam linguam misit, significans, in homine bona lingua nihil esse melius, mala nihil

Pittacus simile de lingua iudicium.

esse

*Salaz
mano
dræ si
miles
malo-
rum
linguae*

esse nocentius. Est enim in alorum lingua similis Salamandræ, de qua referunt Philosophi, quod quando pomum ascendit, omnes fructus eius iaculo suo pugat, atq; inficiat. Ita Vincentius lib. tertio specul. moral. distinct. 3. parte prima fol. 146. Quomodo verò morte apud Persas afficiantur, qui silentium non custodiunt, dicemus capite vigesimo sexto, numero 4.

C A P V T . X I V .

*Loquacium os & lingua est sagitta vulnerans,
que & scurrilitate plena, sentiet ma-
la, & more sepulchrorum fæ-
tore redundat.*

*Sagitt
ta vul
nerans*

Primùm est, quòd os illorum sit sagitta vulnerans, de qua Dominus grauissimè apud Ieremiā cap. 9. 8. & cum lamento queritur, cùm ait. *Sagitta vulnerans, lingua eorum, in ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occultè ponit ei in-*

sidias

fidas. Nunquid super his non visita-
bo, dicit Dominus? aut in gente hu-
iusmodi non vloiscetur anima mea?
super montes assumam fletum & la-
mentum, &c. Locus dictus sacræ
scripturæ conuenit cum Psalm. 27.
3. Hi sunt de quibus Psalm. 10. 2.

Ecce peccatores intenderunt arcum:
parauerunt sagittas suas in phare-
tra, ut sagittarent in obscuro rectos
corde. Et Psalm. 63. vers. 4. Quia
exacuerunt ut gladium linguas suas:
intenderunt arcum rem amaram,
ut sagittarent in occultis immacula-
rum. Subito sagittabunt eum, & non
timebunt; firmauerunt sibi sermoo-
nem nequam. Talis est Proverbior.
capit. 7. vers. 5 mulier extranea &
aliena quæ sua verba dulcia facit.
Quæ vers. 10. occurrit vecordi
iueni ornatu meretricio, ad
decipiendas animas, donec vers.
22. Sagitta transfigat iecur eius.

Quali

Quali & linguæ sagitta utitur falsus testis, de quo Prou. 25. 18. *Iaculum & gladius, & sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium.*

Falsus
testis.

Scurritas,
stultiz
loquiū
turpis
sermo.

D. Be-
nedi-
ctus.

Secundum est scurrilitas ipsa linguæ, cui turpitudo & stultiloquium iungi potest, de quibus vitædis præcipit D. Paulus Eph. 5. 3. cùm inquit *Fornicatio autem, & omnis immunitas, aut auaritia, nec nominetur in vobis sicut decet sanctos: aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, que ad rem non pertinet, sed magistratiarum actio.* Et D. Benedictus cap. 6. suæ regulæ sic scribit: *Scurrilitates verò vel verba otiosa, & risum mouentia, æterna clausura omnibus in locis damnamus: & ad tale eloquium discipulum aperire os non permittimus.* Hinc & D. Hieronymus, qui scurrilitatē replicat, & cachinnis ora dissoluit, & aliquid profert turpitudinis, non

otiosi

otiosi sermonis, sed criminosi reus
tenetur. D. verò Bernardus lib. 2.
de consideratione c. 13. inter secula-
res nugæ, nugæ sunt, in ore sacer-
dotis blasphemie. Interdū tamen si
incident, ferēdæ fortassis, referen-
dæ nunquam. Consecrasti ostuum
Euangelio, talibus iam aperire illi-
citum, assuefacere sacrilegium est.
Idem. Verbum scurrile quòd face-
ti vrbaniuè nomine colorant, non
sufficit peregrinari ab ore, procul
ab aure relegandum est. Fœde ad
cachinnos mouēris, fcedius moues.

Tertiū est, quòd sentiet ma-
la. Hinc Prou. 13. 3. *Qui custodit os*
suum, custodit animam suam, qui au-
tem inconsideratus est ad loquendum,
sentiet mala. Si enim Samson ta-
cuisset, & non reuelasset secretum
roboris sui, & problema Dalilæ,
Iudic. 16. 17. non fuisset captus,
& erutis oculis, vincitusq; catenis,
vers. 31. molendino destinatus, &

os no-
strum
conse-
cratūs
Euan-
gelio.
Face-
tum
vrbas
num
verbū.

Lo-
quax
sentiet
mala.
Samsō

tandem cum aduersarijs mortuus
Eua idem sensit. Gen. 3.2. vbi cu
diabolo & serpente sermonem ha
buit. Plura vide capite præcedenti

Sepul
chro
fætido
similes

Quartūm est, quod illorum
est simile sepulchro patenti. Vnd
Psalm. 5. 11. *Sepulchrum patens est*
guttur eorum, Linguis suis dolosè ag
bant, indicauit illos Deus. Quem loc
& D. Paulus adducit, Rom. 3. 13
Psalmo verò 13.3. venenum lingui
eorum addens, inquit. *Sepulchrum*
patens est guttur eorum, linguis sui
dolosè agebant, venenum aspidum fu
labijs eorum. *Quorum os maledictio*
ne & amaritudine plenum est. Quod
si enim loquaces os habēt clausum
foris sunt sepulchra dealbata, sicut
de Scribis, & Phariseis loquens
Christus, Matth. 23. 27. asserit, in
tus omni spurcitia pleni. Ait enim
Væ vobis scribæ & Pharisei hypocri
tae, quia similes estis sepulchris deal
batis, quæ à foris parent hominibus

speciosas

speciosa, intus vero plena sunt ossibus
mortuorum. & omni spurcitia. Vt enim
patentibus sepulchris, intus
reconditus fætor erumpit, &
quæ ibi latitant venena, inde spe-
ctantes inficiunt. Sic cum patet os
loquacium, omnis illorum quæ in
anima recondita fuit spurcitia, in-
de se se prodit. Qua de re vide D.
Chrysostomum in Psalmum quin-
tum, & D. Gregorium Nazianze-
num in oratione consolatoria, cū
pater eius ob grandinis taceret ca-
lamitatem. Recte ergo quidam ta-
citurnitate graueolentiam oris sui
excusarunt. Cuidam enim Euri- Euri-
pidi graueolentiam oris obijcien- pides.
ti: Multa, inquit, in ore meo com-
putruerunt. Quo responso signifi-
cabat, se potuisse continere arcana.
Solent enim res in occultum lo-
cum congestæ, facile putrefcere.
Vide Paulum Manutium libro 8.
Apophthegmatum.

CAPVT XV.

Loquacium lingua stultitiae indicium, &
subuersio hominis & ciuitatum.

Stulti-
tiæ in-
dicium.

AD primùm quòd spectat, re-
ctè dicitur Eccli. 5. 1. Neu-
merè quid loquaris, neq; cor tuum si-
velox ad proferendum sermonem co-
ram Deo. Idcirco sint pauci sermoni-
tui. Multas curas sequuntur somni.
& in multis sermonibus inuenitur stu-
titia. Nam Prou. 29. II. Totum spi-
ritum suum profert stultus: sapien-
tia differt & reseruat in posterum. Ho-
verissimum esse, docet Salomon.
Prouerb. 15. 2. vbi linguam sapien-
tum, & os stultorum quasi penicil-
lo depingens, inquit. *Lingua sapien-
tum ornat scientiam: os fatuorum
bullit stultitiam.* Est enim cor illo-
rum, velut olla plena aqua immu-
da, quæ vbi flamma Dæmonis, de-
qua egimus capite 9. succeditur.
se continere nequit, quin ebulliat.
Cùm verò fuerit hac flamma ho-

mo garrulus succensus, bene de il-
lo dicitur id, Eccles. 10. 14. *Stultus
verba multiplicat.* Et Prou. 29. 20.
*Vidisti hominem velocem ad loquen-
dum? stultitia magis speranda est,*
quām illius correptio. Et cap. 10. 14.
Sapientes abscondunt scientiam; os
autem stulti confusione proximum est.
Et Ecclcs. 10. 12. *Labia insipientis,
principitabunt eum.* Prou. verò 18.
13. *Qui prius respondet, quām audiat,
stultum se esse demonstrat, & confu-
sione dignum.* Cauendum verò hīc
est, quod monet Salomon, Prou.
26. 4. *Nē respondeas stulto iuxta
stultitiam suam, ne efficiaris ei similis.*

Alterūm est, subuersio homi-
num, de qua Eccli. 5. 15. *Honor & uersio
gloriae in sermone sensari, lingua vero homis
imprudentis subuersio est ipsius.* Et <sup>Sub-
uersio</sup> ^{num.} Prouer. 11. 11. *Benedictione iustorum
exaltabitur ciuitas; & ore impiorum
subuerietur, Vnde & auditorum
subversionem ex contētione ver-*

borum prouenientem. D. Paulus interdicit Timotheo, 2. Tim. 2. 14. dicens. *Noli contendere verbis: ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium.* Rectè ergò Menander dixit. Lingua multorum est causa malorum. Et idem lingua multos ad perniciem pertraxit. Vide etiam quæ diximus suprà capit. 6. num. 1. & cap. 9. num. 2.

CAPUT XVI.

Loquaces sunt homines terreni, vanæ conscientiæ, & vascula inania.

*Loqua-
cēs
terre-
ni sunt*

Primùm patet, quia nihil nisi terrena loquuntur, idq; secundum D. Ioannis Baptistæ sententiam, qua inquit ad discipulos suos, Ioan. 3. 31. *Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur.* Ergò non loquitur sapientiam cœlestem, sed Jacob. 3. 15. terrenam, animalem, diabolicam: ait enim, *Quod si zelum amarum habetis, & contentiones sunt in cordibus vestris: nolite gloria-*

ri & mendaces esse aduersus veritatem; non est enim ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, dia- bolica. *Ubienim zelus & contentio, ibi inconstantia, & omne opus prauum.*

Secundum est, quod sua lo- quacitate sunt ipsimet vani con- scientiæ iudices, & quod in vanum acceperunt animam suam; atq; id- è iuxta Psalm. 23. 3. neq; ascen- dere ad montem Domini, neq; sta- re in loco sancto eius poterunt. Ratio datur Psal. 5. 10. *Quoniam non est in ore eorum veritas, cor eorum vanum est.* Psalm. 11. 2. *Dimi- nuta sunt veritates à filiis hominum, vana locutis sunt unusquisq; ad proxi- mum suum, labia dolosa in corde, & corde locutis sunt.* Disperdat Dominus uniuersa labia dolosa, & linguam ma- gniloquam, &c. Porrò de lingua do- losa vide plura cap. 59. liter. D. nu- mer. 6. Sic de fallis Prophetis dici- tur, Ezech. 13. 8. *Locuti estis vana,*

Et vani-
tate con-
scientiæ

¶ vidistis mendacium: ideo ecce ego
ad vos dicit Dominus Deus. Et eru-
manus mea super Prophetas, qui vi-
dent vana, ¶ diuinant mendacium,
in consilio populi mei non erunt, ¶ in
scriptura domus Israël non scribētur:
nec in terram Israël ingredientur. Sic
D. Paulus Tit. 3. 9. inquit. Stultas
autem quæstiones ¶ genealogias, ¶
contentiones ¶ pugnas legis deuina-
sunt enim inutiles ¶ vane. Sicut &
D. Iacob. 1. 26. illius religio qui
linguam refrenare nequit. Vide
infra capit. 28. numer. 2. Indoles
quoq; iuuenum ex loquela cogno-
scitur. Vanus etiam sermo, inquit,
Isidorus, vanæ conscientiæ est in-
dex, mores hominis lingua pandit,
& qualis sermo ostenditur, talis a-
nimus comprobatur. Idem libr. 2.
Soliloquiorum. Vanus sermo ci-
tò petit mentem, & facile agitur
quod libenter auditur. Prou. 15. 2.
Os fatuorum ebullit stultitiam. Hinc

*Indos
los iuu-
uenum
ex lin-
gua co-
gnosci-
tur.*

*Vanus
sermo.*

cùm

cum diues quidam filium adolescentulum ad Socratem misisset, ut ^{Socra-} indolem inspiceret, ac pædagogus ^{tes.} diceret, pater, ad te ô Socrates misit filium, ut eum videres. Tum Socrates ad puerum, loquere inquit, adolescens, ut te videam: significans ingenium hominis, non tam in vultu relucere, quam in verbis, quod ea sunt certissimum minimeq; dubium animi speculū. Maximè verò religiosis, & Monachis conuenit ab huiusmodi sermonibus vanis & risum prouocatibus abstinere. Nam Monachus teste D. Hieronymo in Epistolis plangentis ^{Mona-} ^{chiofe-} officium, qui vel se, vel mundum lugeat, & Domini officium pauidus præstoletur aduentum. ^{plane-} Sic & D. Chrysostomus hom. 59. ^{gere.} ad populum Antiochenum, monasteria domum luctus & sedem lacrymarum vocat.

Tertium est, quod sunt vascula ^{Vascula in-}

la inania, & homines qui seducuntur inanibus verbis. Quòd vetuit D. Paulus Ephes. 5. 6. fieri. Sic Ier. 51. 34. dicit filia Babylonis de Nabuchodonosore rege. *Redditum
quasi vas inane.* Nam vt Babylon, quæ confusio dicitur, fuit vas omni gloria terrena plenum; & per Nabuchodonosorem qui planctu iudicij significat, reddita fuit vas inane; ita qui linguam h̄ic habuimus terrenam, & in terrenis, & otiosis, & vanitatibus gloriati sumus, vbi planxerimus iudicium de nostris verbis à DEO latum, videbimus omnia nostra vasa esse in rebus spirirualibus inania. Demum vt cum Plutarcho loquar in moralibus. Ut vascula prorsus inania facile tinniunt: ita quibus minimum inest mentis, sunt loquacissimi, & quam facillimè impatientiæ signa de se produnt.

CAPVT XVII.

Minus cauti in loquendo sunt ex viperarum progenie, & urbes absq; muro.

Primò, hi meritò dicuntur esse *viperarum progenies*. *viperarum progenies* ex progenie viperarum: talie enim progenie Phariseos exortos & D. Ioannes Baptista docet, Matthi 3. 7. cùm inquit. *Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira. Sic turbas Iudeorum, Luc. 3. 7. vocat genimina viperarum.* Christus verò loquela eorum coarguens, inquit, Matth. 12. 34. *Progenies viperarum, quomodo potestis bona loquicùm sitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur.* Rectissimè verò eos progeniem viperarum vocat, eò quòd se insolenter filios Abrahæ iactarent. Matth. cap. 3. vers. 9. Ioan. 8. 39. & nequaquam opera Abrahæ facerent, aut vt Abraham loquerentur ad Dominum, qui di-

cebat

Lingua
christi
loquens
dum.

cebat se cinerē & puluerem. Gen. 18. 27. Sed potiūs à parentibus malis, murmuratoribus, & detractoribus; vt patet suprà capit. 13. male educati & foti. Immò vt Saluator inquit, Ioan. 8. 44. ex pātre Diabolo, qui primò omnium Deo in paradiſo apud primos parentes detrāxit, vti & eius filij, qui Prou. 1. 30. detrahunt vniuersæ correptioni Domini. Diabolum autē vocatum serpentē & quidem antiquū. Apocalypsis D. Ioannis. cap. 12. 9. 20. 2. docet. Audiendus ergò D. Chrysostomus hom. 76. in Matth. dicens. Quemadmodum si Romanus fortè fuerit iudex, non percipiet rationes tuas, nisi latinè loquaris; Sic & Christus non audit, nec attendit, nisi lingua sua loquaris: vt ostuum ita conformetur, vt os Christi sit, non opus est coloribus nec vlla materia, sola virtute, humilitate, mansuetudine; huiusmo-

di

di os maximè cōformatur. Os dia-
boli conditur maledictione, con-
tumelijs, contradictione, periurio,
mendacio. Diaboli linguam habet,
qui ut Diabolus loquitur. Quæ
supplicia non perpendimus, quan-
do linguam nostram, qua Domi-
nicam carnem degustamus, Dia-
boli spontè linguam efficimus?
Hæc ille. Quid verò vipera ista,
Diabolus scilicet, loquatur, Chri-
stus Dominus docet, Ioan. 8. 44.
*Yos ex patre Diabolo estis, & deside-
ria patris vestri vultis facere: ille ho-
mida erat, ab initio, & in veritate
non stetit: Quia non est veritas in eo:
cūm loquitur mendacum, ex proprijs
loquitur, quia mendax est, & pater
eius.*

Os Dia-
boli.

Secundūm est, quòd loquaces
sint similes vrbi sine murorum
ambitu, quæ facile patet hostibus.
Hinc Prou. 25. 28. *Sicut urbs patēs,
& absq; murorum ambitu, ita vir qui*

Diabo-
lus mē-
dax.

Loqua-
ces sūt
sicut
vrbes
sine-
muro.

non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Quem locum explicans de religiosis & Monachis Smaragdus in cap. 4. regulæ D. Benedicti scribens, sic inquit. Monachus qui murum silentij non habet, inimici iaculis patet, quem tacite inimicus sine labore superat, quanto & ipse contra se metipsum per multiloquium pugnat. Dictæ Salomonis sententiæ conuenit id. Iob. 30. 14. Quasi rupto muro, & aperta ianua irruerunt super me, & ad meas miseras deuoluiti sunt. Ut superiùs, cap. 8. locum hunc explicauimus. Sed aliter sponsa inquit, Cant. 8. 10. Ego murus, & hubera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens. Quam reperi in silentio patebit infrà ex capite 24. Si ergò verum est quòd dicitur, Prover. 18. 11. Substantia diuitis urbs roboris eius, quasi murus validus circundans eum. Nos no-

stras

straras diuitias spirituales muro va-
lidissimo taciturnitatis, & silentij
tueamur. Ad quam quoque rem
faciunte ea, quæ suprà capite octauo
numer. i. diximus.

CAPUT XVIII.

*Viginti quatuor incommoda linguae malæ ex
capite 28. Ecclesiastici desumpta.*

Primùm est vers. 10. *Abstine à
lite, & minues peccata; homo e-
num iracundus incendit litem, quòd
fit per loquelas, & vir peccator
urbabit amicos, & in medio pacem
habentium immittit inimicitiam.*

2. Est quòd lingua testificans
adducat mortem, cùm inquit, ver.
13. *Certamen festinatum incendit ig-
nem, & lis festinans effundit sangu-
inem, & lingua testificans, adducit
mortem. Si sufflaueris in scintillam,
quasi ignis exardebit: & si expueris
super illam, extinguetur, veraq; ex ore
proficiuntur. Quòd magis patet
ex superiori cap. 9. num. i.*

3. Maledicto obnoxios reddit, vers. 15. Susurro & bilinguis maledictus: multos enim turbabit pacem habentes.

4. 5. 6. 7. 8. & 9. Traduntur vers. 16. Lingua terra multos commovit, & dispersit illos de gente in gentem, ciuitates muratas diuinitum destruxit. & domos magnatorum effudit, virtutes populorum concidit, & gentes fortes dissoluit. Nota verò hoc in capite, linguam tertiam vocari linguam detractoris, & susurronis; sic enim Chaldæus interpres in Prouerbijs linguam tertiam transfert, forte quia tertius est, vni apud alterum detrahens.

10. 11. 12. & 13. Ponit vers. 19. Lingua tertia mulieres viratas elecit, & priuavit illas laboribus suis, qui respicit illam non habebit requiem, nec habebit amicū in quo requiescat.

14. Comminuit ossa, vers. 21. Flagelli plaga luorem facit: plaga

autem

Lingua
tertia
quæ &
quam
mala.

Lingua
commi
nuit
ossa.

autem lingua communet ossa.

15. Interitum affert, vers. 22. *Muli ceciderunt in ore gladij: sed non sic quasi qui interierunt per len- quam suam.*

16. Est iugum ferreum & vin-
culum æreum, vers. 23. 24. *Beatus qui tectus est à lingua nequam, qui in iracundiam illius non transiit, & qui non attraxit iugum illius, & in vinculis eius non est ligatus. Iugum enim illius iugum ferreum est, & vinculum illius vinculum æreum.*

Lingue iu-
gum
ferreum.

17. 18. Mors nequissima, ver.

25. *Mors illius mors nequissima, & utilis potius infernus quam illa.*

19. & 20. Tradit, ver. 26. *Per seuerantia illius non permanebit; sed obtinebit vias iniistorum, & in flama sua non comburet iustos.*

Flama
lingue

21. 22. & 23. Traditur vers. 27.
vbi & ostenditur qui in illam in-
cident. *Qui relinquunt Deum, inci-
dent in illam, & exardebit in illis, &*

non

non exringuetur. Quod maxime patet in apostatis religionis Christianæ, qui excommunicati in summas indies magis magisq; blasphemias erumpunt, ut patuit in Luther excommunicato. Et immittitur in illos quasi leo, & quasi pardus laedet illos.

*Vt leo
& pardus.*

*Casus
eius.*

24. Ultimum ponit incommode, casum scilicet: & egregium ponit documentum vers. 28. 29. 30. *Sepi aures tuas spiritis, linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras. Aurum tuum, & argentum confla, & verbis tuis facito stateram, & franos ori tuo rectos, & attende ne forte labaris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortem. Hinc Theophrastus Eresius dicebat, potius fidendum effræni equo, quam verbo incomposito.*

CAPUT XIX.

Continet alia loquaciatis incommoda ex
sanctis patribus desumpta.

Quod ad primū attinet, Ioannes Climachus qui vixit anno Domini 340. in libro de scala spirituali, in capitulo de loquacitate, gradu ii. breuiter nouē incommoda, ita depingit loquacitatis.

Loquacitas est ignorantiae certū argumentum, detractionis ianua, scurrilitatis dux, mendacij opifex, compunctionis desolatio, acediæ auctor siue euocatrix, somni præcussor, intentiæ fixæq; cogitationis dissipatio, custodiæ exterminatio.

Ioannes verò Abbas montis Sinai ita eam depingit apud auctore malogranati lib. 2. dist. 2. capit. 7. per vndecim incommoda. Multiloquium inquit est vanæ gloriæ cathedra, per quam seipsam manifestare & pompatice propalare, naturam habet. Multiloquium est in

Loqua
citas
quid.

sipien-

Multi-
loquiū
quid.

sipientiæ argumentum, detractio-
nis porta, manuductor scurrillita-
tis, mendacij minister, compun-
ctionis resolutio, acuitatis intel-
ligentiaæ dispersio, acediæq; condi-
tor, dissipatio mœroris, caloris &
feruoris frigefactio, orationis ob-
scuratio. Hæc ille. Hi sunt loqua-
citatæ amarissimi fructus, & loqua-
citatæ effeclus, quibus multa alia
adijci poterunt, quæ ex sequenti-
bus capitibus haberi possunt, maxi-
mè ex 59. Nunc ad commoda &
fructus taciturnitatis silentij & cu-
stodiæ linguæ progrediamur.

QVINQVAGINTA DVO
C O M M O D A E T F R V C T V S
taciturnitatis & custodiæ
linguæ.

C A P V T X X .

Silentium ædificat, homines angelis similes
reddit, & animam solicite
custodit.

In his commodis recensendis

erimus

erimus breuiores, eò quòd contrarij rationes; ita ut qui rectè ex septendecim capitibus præcedentibus cognoverit incommoda loquacitatis, & lingue effrenis, faciliùs incognitionē veniat taciturnitatis & silentij.

Primum ergo in hoc capite sit, *Aedi-*
quòd valdè ædificat. In hoc enim *ficat:*
solicitus est D. Paulus 1. Cor. 14. *silenc-*
26. *vt omnia ad ædificationem sint.* *tium:*
& 1. Thes. 5. II. *Ædificate alterutrum*
sicut & facitis. quòd & per silentium
fieri consuevit. Legimus siquidem
in Vitis patrum, cùm Theophylus
Alexandrinus in Schitum venis-
set, fratres rogasse Abbatem Pam-
bonem, vt quicquam proferret in
ædificationem pontificis Theo-
phyli. Qui respondit, si in tacitur-
nitate mea non ædificatur; neq; in
sermone meo ædificabitur. Quin
& aliis quidam senex dixit, vt idē
auctor meminit, si voluerimus ta-

cere, exēplum solum sufficit pro-
ximo.

Red-
dit an-
gelis
simi-
les.

Ani-
mam
custo-
dit.

Secundūm est, quod reddimur
angelis in cœlo similes: ubi Apoc.
8. 1. factum silentium. Quòd si fer-
uasset Lucifer, uti q; non cecidisset,
vt docuimus capite quinto. Ange-
li verò si in cœlo loquuntur, ora
in laudes Dei soluunt. Vide plura
capit. 2. numer. 1.

Tertiūm est, quod animam cu-
stodit, & quidem ab angustijs, Pro-
verb. 13. 3. *Qui custodit os suum, cu-
stodit animam suam.* Quàm solicite
verò animam custodire debea-
mus, diximus superiori capite 3.
numer. 1. Hinc S. Arsenius præce-
ptor duorum Imperatorum Ho-
norij & Arcadij, in palatio consti-
tutus, audiuit vocem cœlitus sibi
dicentem. Arseni, fuge, tace, quie-
sce. Diuus quoq; Macharius. vt
est in Vitis Patrum, sicut & præ-
cedens exemplum, interrogatus à

quod m

quodam sene; qua ratione posset
saluari. Respondit: oportet fuge-
re homines, & sedere in cella, &
pro peccatis iugiter lamentari, &,
quod super omnes virtutes est, tam
linguam continere quam ventrem.
Vnde benè dixit Michæas cap. 7. 5.
*Nolite credere amico; & nolite con-
fidere in duce. Ab ea qua dormit in si-
nutuo, custodi claustra oris tui.* Et
certè si propter amicum & ducem
etiam claustra oris conseruanda
sunt, multò magis propter alios
malos. Quales paulò ante ibidem
idem Propheta depinxit vers. 4.
*Qui optimus est in eis quasi palurus,
& qui rectus quasi spina de sepe.*

CAPUT XXI.

*Per silentium & taciturnitatem homo ascen-
dit super se, Beatitudinis fit particeps,
& vero bono fruitur.*

Primò homo supra se ascendit, *Homo*
quod docet Jeremias in Thre. super
nis cùm c. 3. 28. inquit. *Sedebit soli se ele-
natur tarius, silētio.*

tarus, & tacebit, & leuabit se supra se. Vnicuiq; enim sufficit dicere cū Dauide Psalm. 54. 8. Ecce elongau fugiens, & mansi in solitudine. Expe-ctabam eum qui saluum me fecit a pusillanimitate spiritus & tempestate. Verūm si in secreto & recessu soli- tudinis vti solitarius sedebit, quod quietis est; & tacebit, quod cum prudentia & intellectu meditantis est; ea meditatione leuabit se super se, ad angelorum scilicet consor- tium, vt non tam homo, quam an- gelus cum Deo agere videatur. Hinc D. Augustinus, lib. 7. confes- sionum capit. 10. Intraui in intima mea duce te, & potui, quoniam fa-ctus est adiutor meus, (ad Psalm. 29. alludit) Intraui, & vidi quali- cunq; oculo animæ meæ, super eundem oculum animæ meæ, su- præ mentem meam. Lumen Do- mini incommutabile, quod tu es. De qua re plura, infrà cap. 22. n. 2.

*Homo
benè
recolle-
ctus
qualis.*

mini

Secundūm est, quōd illi beatitudo tribuitur. Hinc Eccles. 14. 1. *Beatus vir qui non est lapsus verbo ex ore suo.* Et iterum † 25. II. *Beatus qui habitat cum muliere sensata, & qui in lingua sua non est lapsus; & qui non seruissit indignis se.* In quorum numerum potest referri D. Job, de quo in summis angustijs & direptione omnium penē bonorum & filiorum misero interitu constituto, inquit scriptura sacra, Job 1.22. *In omnibus his non peccauit Job labijs suis, neq; stultum quid contra Deum locutus est.* Secūs verò garrulam ipsius uxorem, in hæc verba cap. 2. 9. prorupisse, idem liber testatur. *Adhuc in permanes in simplicitate tua? Benedic Deo & morere.* Vxorem quoq; Tobiae eidem patienter cæcitatem sibi obuenientem, tolerantem, in hæc verba insultas se legitur, Tob. cap. 2. 22. *Manifeste vana facta est spes tua, & e-*

Beatis
tudo
silētio
tribu-
ta.

leemosyne tuae modo apparuerunt.

Deo
fruis
turtas
cens.

Tertiò, silentij zelator vero bono quod in Deo est, fruitur. Vnde Thren. 3. 26. *Bonum est cum silentio prestolari salutare Dei.* Christum scilicet Dominum, de quo Luc. 3. 6, *Videbit omnis caro salutare Dei.* Ut de eo ante tot tempora Iacob Patriarcha. Gen. 49. 18, dixit. *Salutare tuum expectabo Domine.* Ut & Dauidem in solitudine fessisse, suprà num. 1. diximus. Atq; hac ratione Prou. 13. 2. *De fructuoris sui homo satiabatur bonis.* Fructus enim maximus oris est & silentij, videre Deum, de quo Exod. 33. 19. ipse Dominus inquit ad Moysen. *Ego ostendam omne bonum tibi.* Quod videre cupiens Dauid, inquit, Psal. 16. 15. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Atq; illa visione beatificazelatores silentij fruentur & satisbuntur. Quàm male ergo faciunt quidam religiosi, qui potius satiar

cibo

cibò & potu desiderant, & licen-
tiūs gulæ desiderijs student, quām
silentij: Cūm ibi i. Cor. 6. 13. *Esca
ventri & venter escis*, 'Deus autem
bunc & has destruet. In silentio ve-
rò, esca spiritualis menti, & mens
escæ spirituali. Deus autem & hunc
& illas perficiet, & eterna fœlicitate.

C A P V T XXII.

*Silentio deditus, est ut candela ardens in lu-
cerna, & ad contemplationem & collas
quium cum Deo optimè dispositus.*

Primò, homo pius, aut religio-
sus silentio deditus, est candela
ardens in lucerna, quām securissi-
mè. Ut enim candela lucerna tegi-
tur contra omnem vim venti, &
tempestatis exurgentis, quibus im-
petita non extinguitur; ità qui cum
B. virginē verba Dei abscondit in
corde suo. & ea tegit silentio, licet
& gladius doloris cor eius petat.
Vti de facie tristi, Prover. 25. 23
dicitur. *Ventus aquilo dissipat plu-*

*Tacēs
ut can-
dela in
lucer-
na ar-
dens.*

uias, & facies tristis linguam detra-
hentem. Est tamen velut domus su-
pra firmissimam petram ædificata.
Matth. 7. 25. in quam si exurgant
venti, & venerint flumina, ipsa im-
mota persistit & illis os fluctus re-
trorsum in mare retorquet.

Dispo-
nit ho-
minē
ad col-
loquiū
cum
Deo.

Secundò, mirificè hominem
ad contemplationem & colloquiu-
mum Deo disponit; cùm enim ma-
gnus quidam dominus cum aliquo
loqui contèdit, nihil æque deside-
rat, quàm vt cum silentio audiatur.
Hinc Psalm. 49. 7. *Audi popula-
meus & loquar Israël, & testificabor
tibi, Deus Deus tuus ego sum.* Vnde
Climachus libro de schala spiritu-
li, capitulo de loquacitate, ait: Stu-
diosus silentij appropriat Deo ipsi
que iungitur, in abscondito cordi
ad sistens illustratur ab eo. Hin-
Ose. 2. 14. Deus loquens de anima
quæ à Deo fornicata & ad ipsum
cum pœnitentia rediit, inquit. *D*

cam eam in solitudinem, & loquar ad
cor eius. In solitudine siquidem, v-
bi nullus est strepitus, sed summū
à negotijs huius sæculi silentium,
facilius & rectius auditur Deus, vbi
dicere potest quiuis cum Dauide,
Psalm. 50. 10. *Auditui meo dabis*
gaudium & letitiam, & exultabunt
ossa humiliata. Aliâs ut est Ecclesia.
stici 32. 6. *Ubi auditus non est, non*
effundas sermonem. In solitudine er-
gò. Psalm. 28. 3. 8. *Vox Dominicon-*
scutientis desertum. Vbi, commonebit
desertum cades, id est, sanctitatis. Ibi
Ioan. 3. 13. videtur Christus in fi-
gura serpentis exaltatus. Inde Isai.
16. 1. emittitur agnus Christus, do-
minator terræ, de petra deserti ad
montem filiæ Sion. Ibi Christus
Ier. 9. 12. est verum diuersorum
viatorum, qui angustam & arctam
Matth. 7. 14. salutis viam sunt in-
gressi. Ibi queritur & inuenitur,
Luc. 15. 4. ouis centesima perdita,

Solitu-
dinis
aus.

cum omnium angelorum congratulatione. Ibi idem Christus Ieuanij prescribit leges. Ibi tentacionum ostenduntur genera, & vicitoriæ modus, Matth. 4. demonstrantur: ibi liberè quiuis in medio noctis silentio dicere poterit cū Samuele, 1. Reg. 3. 10. *Loquere Domine, audit seruus tuus.* Quin & filētes audit Deus, vt inquit D. Basilius in exhortatione ad baptismū. Vide etiā quæ c. 20. num. 1. diximus.

CAPUT XXIII.

In silentio fortitudo & robur spirituale consistit, quod & freni rationem habet, & fundamentum est virtutum, nec non gratiam conciliat.

Fortis
eudo
nostra
in si
lentio.

Primū est, quod in silentio fortitudo nostra sita sit. Vnde Isa. 30. 15. *Si renuertamini & quiescatis, salvi eritis: in silentio & spererit fortitudo vestra. Et notuistis & dixistis. Nequaquam; sed ad equos fugiemus: ideo fugietis. Et super ve-*

loces ascendemus, ideo velociores erunt qui persequentur vos. Mille homines a facie terroris unius, & a facie terroris quinq^u fugietis, donec relinquamini, quasi malus nauis in vertice montis, & quasi signum super collem. Ergo fortes qui silent, imbellis qui silentij leges violant. Sic Moses, cum ingruerat terror exercitus Pharaonis, & Aegyptiorum super filios Israël, Exod. 14. 14. inquit ad illos, Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Sic Iudic. 4. Iahel in silentio confixit clavo caput Sisare. Iudith quoq^u volens amputare caput Holofernis orationi & lachrymis silentium adhucuit. Sic enim dicitur Iudith 13. 6. *Stetitq^u Iudith ante lectum orans cum lachrymis, & labiorum motu in silencio.* Hinc D. Ambrosius in tit. Psalm. 38. O validum scutum circumseptæ munitionis, silentium! O fidelissimū stabilitatis fundamē.

tum, in quo si quis stare poterit, lubricum verbi timere non poterit.

Frænū
silēna
tium.

Secundūm est, quod taciturnitas fræni rationem habeat, & illi simile censeatur. Sicut enim, ut est Iacob. 3. 3. equis fræna in ora mittimus ad consentiendum nobis, atq; ita omne corpus illorum circumferimus; ita totus homo potest dirigi & cohiberi à lingua & bonæ silentio, ne in illa septuaginta octo mala, quæ superiùs à capite 3. ad 20. recensuimus, incidat. Hinc Chrysostomus hom. 54. in Matth. Ma-

gis, inquit, vertice capit is linguam tuam custodias. Regis quidem eius est lingua tua, si ei frænum immiseris doctrina tua gradarium effeceris. Ascendet in eum Rex & quiescet in eo; si autem nullo modo fræno domueris, sed huc atq; illic infrænem iactari permiseris, diaboli etiam vehiculum fecisti. Hæc ille. Pari ratione cùm Deus,

Linz
guare
gius es
qui
quomo
do gra
dariu
siat.

Quo-
modo
diaboli
vehic
culum

ut vult, cohabet aut dicit homines
dicitur vti fræno. Sic illud ponit in
os Iob, Iob. 30. 11. In labijs Senna-
cherib regis Assyriorum. Isa. 37.
29. In maxillis Pharaonis regis Ae-
gypti. Ezech. 29. 4. in maxillis
Gog. Ezech. 38. 4. Vnde Dauid &
homines sine intellectu, & ad Deū
non appropinquantes, describens,
& pro ijsdem Deum rogans, dicit:
Psalm. 31. 9. *Nolite fieri sicut equus*
& mulus, quibus non est intellectus, in-
chamo & fræno maxillas eorum con-
stringe, qui non approximant ad te.
Ecclesiasticus ergo rectè monet,
cap. 28. 29. *Verbis tuis facito state-*
ram. & frænos oris tuo rectios. Atq; ita
verè erimus similes, vna cum cu-
stodia aliorum quatuor sensuum,
viris quinq; qui 2. Mach. 10. 29.
apparuerunt Iudæorum aduersa-
rijs de cœlo frænis aureis decori,
ducatum Iudæis præstantibus. Et
verum quoq; erit in eis qui fræ-

Viri
quinq;
cum
frænis
aureis
qui.

num oris signaculo sanctæ crucis
muniunt, id quod dicitur, Zach. 14.
20. *In illa die erit quod super frænum
equi est, sanctum Demino.*

*Silencium
est fundamen-
tum
damæa
virtue-
tum.*

Tertiūm, quod sit ex virtu-
tum fundamentis, docet D. Am-
brosius lib. 1. de Officijs cap. 7. di-
cens. Silendi patientia, opportu-
nitas loquendi, contemptus diui-
tiarum, sunt maxima fundamenta
virtutum. Vide plura infrà cap. 31.
num. 2. Vide & præcedentē num. 2

Quartūm est, quod gratiam
conciliet. Hinc Eccli. 32. 9. *Audi-
tacens, & pro reuerentia accedet ubi
bona gratia.*

CAPUT XXIV.

Amator silentij, est bono gubernaculo nauis similius: & quomodo per silentium quidam ordinis D. Benedicti religiosus ignem extinxerit, idem & iras mitigat.

*Lingua ut
nauis
guber-
nacu'*

Primūm hoc loco est, quod lingua sit gubernaculo nauis si-

milis

milis, quod qui recte dirigit, facile in tutissimum portum deueniet. Sic Iacob. 3. 4. inquit: *Ecce & nauis cum magna sunt & a ventis validis minentur, circumferuntur a modico gubernaculo, ubi impetus dirigenjis voluerit: Ita & lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat.* Post pauca vero meminit contentionum, quae ex lingua oriuntur. Si ergo non attenderis linguae & silentio, eris Prou. 23 34. *sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amissus clauso.* Aut gubernaculo; quo amissio necesse est, ut nauis tua periclitetur, & tu cum naui naufragium patiaris.

Secundum est, quod impetu ignis
extinguat, non secus ut id sancti se-
cerunt per fidei donum, teste D. Pau-
lo Heb. 11. 34. cuius rei exemplum
tradit Thomas Cantipratanus Do-
minicanus, & Episcopi Cameracensis
suffraganeus, qui vixit circa annum

*silence-
tium
impe-
tum
ignis
extin-
guit.*

Domini 1278. de quodam Radul-
pho tacente Benedictino lib. 2. ex-
emplorum cap. 13. sic scribens. Af-
fliginium monasterium Ordinis S.
Benedicti in Brabantia religione
probatissimum est, & in charitate
præcipuum. In hoc cœnobio mo-
nachus erat ita silentio deditus,
quod infra sexdecim annos ab ore
eius nec una verbi syllaba per tan-
tum temporis audiretur. Contigit
autem, sicut à Monachis ibidem
audiuimus, ut in clauстро grauissi-
mum ignis incendium grassaretur;
Tunc idem Monachus, videns hu-
manum auxilium nō valere, mox
se contulit ad diuinum, oransq;
paululum in silentio, linguam diu-
mutuam in hæc verba laxauit. Stes-
ignis hac hora: flamma penitus cō-
quiescas. Mira res: vim virtutis
suæ oblitus est ignis, stetitq; in ver-
bo viri sancti, & flamma protinus
est extincta. Hæc ille. Alludit au-

ctor

ctor ad id quod Sapiens de Aarone
& exterminatore qui per incendiū
vastabat ludos rebelles, inquit.
Sap. 18. 22. *Verbo illum qui se vexabat, subsecit.* Nota autem quod illud Affliginiente Monasterium v.
nioni etiam Bursteldensi in Ger-
mania celeberrimæ, sub eodem
ordine sese coniunxit & submisit
Capitulo annali, anno Domini 1524.
in Imperiali Monasterio S. Lutge-
ri in VVerdena celebrato præside
Reuerendo D. Henrico Abbatे
Bursfeldensi, compræsidentibus
Reuerendis Dñis Ioanne de Susa-
to Abdinkhouensi, ad cuius sepul-
chrum adhuc Dæmones ejciuntur,
& Frederico in Steina Abbatibus.

Tertium est, quod hoc ipsum
& in spirituali rixarum & conten-
tionum incendio, prælati facere
poterunt, cum contentiosis silen-
tium imponunt. Hinc Prou. 26.
10. *Indicium determinat causas: et*

*Rixas
miti-
gar.*

qui imponit stulto silentium, iras mitigat. Quæ & alijs rationib⁹ & medijs, ut suo loco dicetur, mitigari queunt.

C A P V T X X V .

Silentium est iustitiae cultus, & letitiam affert,
ad tuum portum ducit, malitiam
extinguit.

Silen-
tium
iusti-
tie
cultus.

Primū est, quod silentium sit iustitiae cultus, pax & securitas, atq; si iustitia nulla ratione melius coliqueat, quam silentio & silentij pace & securitate. Hinc Isa. 57. 19. *Creavi fructum labiorum pacem.* Clarius autem hæc tria, coniungit idē Propheta, Isa. 32. 17. dicens. *Et erit opus iustitiae pax, & cultus iustitiae silentium & securitas usq; in sempiternū.* Qui enim alienis negotijs sese non imiscet & de alijs omnib⁹ (nisi charitas & officium aliud dicitur) tacet, de eo verè potest dici id, quod de Christo Domino dicit Psalmista, Psalm. 75. 3. *Factus est in pace locus eius.* & de seipso dicere potest.

rit

rit id Psalm. 118. 109. *Anima mea
in manibus meis semper. Et legem tuam
non sum oblitus.* Quod verò alias, de
diuitum huius sæculi felicitate ter-
rena, communis vulgi opinione,
Psalm. 143. 14. dicitur. *Non est rui-
nam acria, neque transitus, neque cla-
mor in plateis eorum.* Beatum dixe-
runt populum cui hac sunt. Hoc de
hominis silentis, spirituali, inte-
gro, vagabundis & garrulis mini-
mè peruio ædificio, dici non minùs
rectè poterit. Est itaq; silentium
iustitiae, pacis & sempiternæ securi-
tatis quasi contuberniū, ubi Prou.
15. 15. *Secura mens quasi iuge conui-
num.* Quod & sequenti numero
patebit. & ex cap. 29. num. 3.

Secundūm ergò est, quod leti-
tiam affert, & in optimum por-
tum deducit. Proverb. 23. 15. *Fili-
mi, si sapiens fuerit animus tuus,
gaudebit tecum cor tuum: Exulta-
bunt renes mei, cù locuta fuerint recta*

labia tua. Et Prou. 15. 23. *Læterat homo in sententia oris sui, & sermo opportunitus est optimus.* Clarius verò & apertius id tradit Dauid, Psalm. 106. 30. cùm inquit, *Lætati sunt quia filuerunt, & deduxit eos in portum voluntatis eorum.*

*Mali-
tiam
extin-
guit.*

Tertiūm est, quòd malitiam extinguat. Hinc Eccli 19. 5. *Qui odiat loquacitatem extinguit malitiam.* Sicut vice versa, Prou. 17. 20. *Qui peruersi cordis est, non inueniet bonum, & qui vertit linguam incidet in malum.* Vertit linguam qui ea à bono ad malum vtitur; vel qui peruersa loquitur. Vide de hac re plura suprà cap. 14. num. 3.

CAPUT XXVI.

Monasticam vitam silentij necessitas aliquibus suavit, exemplo cuiusdam militis; silentium est murus religionis; neq; silens perditioni est obnoxius, sed perfectionis argumentum præbet.

Primò, ob huius necessitatem quendam militem monasticā

vitam

vitam elegisse, tradit Vincentius in Speculo moralib. 3. distinc. 4. part. 1. his verbis. Miles quidam seculo renunciaturus, ut vedit taciturnitatis necessitatem, suum va- fallum ad Abbatem cuiusdam Mo- nasterij misit, qui suo nomine pe- teret susceptionē ad monasticam vitam, sed interim mutum esse in- dicaret; promitteret etiam prom- ptissimam ad omnia obedientiam, sed quid accidit? suscepérunt stu- dio & voluntate non lingua mu- tum; ignorarunt pium dolum. Contigit autem ut idem olim mi- les, tunc verò monachus, cum suo Abate proficeretur ad militem quendam morti proximum, quem vt vedit à dæmonibus in exitu mi- serabiliter dilaniari, contristatus est, fleuitq;: remeans verò ad cel- lam cum suo Abate aliis stipen- dia faciēs occurrit, promittit re fa- miliari disposita conuerzionem.

Monda
sticam
vitam
uadet

Qui cùm præcederet eos, viam té-
tans lapsus de ponte submersus est.
Cuius animam dictus monachus
in monachi specie vidi ab angelis
in cœlum deferri; at cùm risisset,
adiurauit eum Abbas in virtute S.
obedientiæ, vt si loqui posset, cau-
sam risus pronuntiaret. Qui ait:
Malè fecisti contra propositum
meum, faciens me loqui. Cui om-
nia postmodum narrauit, quæ vi-
derat. Quare Abbas ob stupefactus
ad tantam lingue continentiam,
pedibus fratris sui prouolutus, &
repulsus est. Tādem frater in pro-
posito suo persistens, petijt in lo-
co quodam solitario includi, ne sæ-
pius silentij iura transgrederetur.
Hæc ille.

Silenz-
tium
murus
religio-
nis.

Secundūm est, quod silentium
murus sit religionis, aut ciuitas bo-
næ & firmæ munitionis. Nam ve-
rūm est quod Proverb. 25. 28. di-
citur. *Sicut urbs patens & abq; mu-*

rorum ambitu : ita vir qui non potest
in loquendo cobibere spiritum.. De
quo etiam egimus suprà capit. 16.
Ita qui linguam domare potest, e-
rit vrbs clausa, & murorum ambi-
tu cincta : quæ opponit se aduersa-
rijs pro domo Domini. Secùs fa-
ciunt loquaces, de quibus id dici
potest quòd de Prophetis Israël
Dominus apud Ezechielem con-
queritur. Ezech. 13. 4. *Quasi vulpes
in desertis, Prophetæ in Israël erant.*
*Non ascendistis ex aduerso, neque
opposuistis murum pro domo Israël
ut staretis in prælio in die Domini.*
Hic est iste silentij murus, qui
cum antemurali Isai. cap. 26. vers.
1. ponitur in vrbe fortitudinis no-
stræ Sion.

Tertium est, quòd silentio
deditus perditioni non est obno-
xius. Vnde Proverbior. cap. 29
vers. 27. dicitur. *Verbum custodiēs*

Perdi-
tioni
non fa-
ciū ob-
noxios

filius extra perditionem erit. in cuius via lassati sunt impij. Sap. 5. 7. & maxime ipse Antichristus, qui 2. Thes. 2. 3. filius perditionis dicitur, sic eius asseclæ & magistri medaces. 2. Pet. 2. 4. Introducent seetas perditionis, superinducentes sibi meti plis celerē perditionem: quorum quoq; vers. 3 perditio non dormitat: uti & ad suam perditionem tam D. Pauli Epistolas quam reliquas scripturas indocti & instabiles homines deprauant, teste eodem D. Petro, 2. Petr. 3. 15.

Ad
perfe-
ctionis
augmē-
tum
cōfert.

Quartūm est, quod ad perfectionis augmentum plurimūm conferat. Id apertissimis verbis docet D. Iacobus capit. 3. 2. cūm inquit: *In multis offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir, potest etiam frēno circumducere totum corpus.*

* * *

CA-

CAPUT XXVII.

Taciturnitas reddit nos hominibus placabiles,
nec pœnitet tacuisse, præmia quoq; mere-
tur silentium seruans: quod don-
etur exemplo Echelredi
et Sacristæ.

Primùm est, quod taciturnitas reddit nos hominibus placabiles, teste Archelao. Teste verò Solone, nullus stultus hominib; pla-
cere potest, quod maximè cōuenit cū dicto Eccli. 20.13. *Sapiens in ver-
bis seipsum amabilem facit. Contra
verò vers. 5. Est odibilis qui pronus
est ad loquendū. Sic teste Vincentio
in speculo mor. lib. 3. dist. 3. part.
1. Philosophus quidam vni hanc
doctrinam dedit. Serua vocis & si-
lentij temperamentum, & si loqui
libuerit, sic loquaris, vt aliâs libe-
tiūs audiaris. Interrogatus quoq;
Pythagoras, quomodo quis homi-
nibus placere posset, respondit; si
gesseris optima, & locutus fueris
pauca.*

Secun-

Non
pœni-
et ta-
cuisse.

Secundum est, quod silentio dediti (nisi officium eorum aliud requirat) non solent pœnitere se tacuisse. Hinc ut meminit Vincen-

tius in speculo historiali lib. 4. cap. 14. Xenocrates Chalcædonensis Philosophus, cum in conuiuio cæteris multa garrientibus solus nihil diceret, interroganti, quare unus omnium taceret, respondit: Quoniam locutum fuisse pœnituit me aliquando, siluisse nunquam. Quod Plutarchus in libello ~~τριηγίας~~ ~~τριηγίας~~ ~~τριηγίας~~ tribuit Simonidi. Hinc Cato libro primo.

Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse loquutum.

Vnde D. Ambrosius libr. 1. Officiorum. Quamplures vidi loquendo in peccata incidisse, vix quempiam tacendo: ideoque tace-re nosce difficilius est, quam loqui. Scio loqui plerosq; cum tacere ne-scient.

Tacēs
præ-
mium

Tertiū scilicet, quod silens

præmium

præmium mereatur, docet Vincē-
tius in speculo historiali lib. 25. ca-
pit. 13. sequenti & lepido exemplo,
ita scribens. Anno Henrici secun-
di Imperatoris decimo nono, E-
chelredis quidam nomine, Danos
fugiens, venit Northmanniam ad
Richardum fratrem uxoris suæ
Emmæ filium Richardi ducis, qui
cœnobium Fiscanense, quod pater
suus inchoauerat, perfecit. Hic no-
tib[us] custodias famulorum fal-
lens, ad matutinas monachorum
ibat, genua flectens in oratione
vsq[ue] ad lucem. Quadam nocte sic
faciens, ostium monasterij inue-
nit obseratum, qui excusso violen-
ter pessulo, soporem Sacristæ tur-
bavit, qui surgens à somno & vi-
dens eum plebego amictu vestitum,
in capillos inuolauit & multos co-
laphos intulit. Ille incredibili
patientia nec responsum ei dedit.
Postero die in Capitulo quærelam

mere-
tur.

deposit

deposit, & monachum illum ad vicum Argennas sibi præcepit occurrere, minitans se sic vindicare quod tota de hoc Gallia loquetur. Die dicto monachus a iudicibus adiudicatus est, quem ille mox absoluit, & vicum eundem qui optimi vini ferax est, officio sacrificiæ addixit, pronuntians eum optimum esse monachum, qui benè custodiens munus iniunctum, necessitatem iratus silentium fregit.

C A P V T XXVIII.

Silentium proximum Deo facit. Est prudenter signum, & à purgatorio liberat.

Proxi-
mum
Deo
facit.

PRIMUM, quod scilicet proximum Deo faciat, patet. Nam & Deus in sacris literis tacere dicitur. Isa. 57.11. *Ego tacens, & quasi non visdens. Qui & tacet deuorante & conculcante impiu[m] iustiorem se.* Heb. 1. 3. Quin & peccatores multa faciunt, ad quæ Deus tacere dicitur, ut i pa-

tet

ad
co
re
e-
ci-
ox
o-
ri-
ti-
u-
e-
-
ii-
&
ir.
i-
n-
3-
t,
a-
et

tet, Psalm. 49. 21. Hinc Isa. 42. 14. Tacui semper, filii, patiens fui, sicut parturiens loquar, dissipabo, & absorbebo simul. Sic Deus tacet cum dominus eius facta est in exultationem. Isa. 64. 11. & desiderabilia eius in ruinam.

Secundò, est signum prudètiae & doctrinæ. Prou. 11. 12. *Vir prudens tacabit.* Eccli. 19. 28. *Est tacēs & ipse prudens.* Amos 5. 13. *Prudens in tempore illo tacabit, quia tempus malum est.* Prou. 17. 27. *Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est.* Vnde Theotistus Philosophus teste Vincentio in speculo morali lib. 3. dist. 3. part. 5. rustico in conuiuio tacente dixit. *Ex doctis hoc solum habes quod taces. Plura patent ex cap. 29. num. 5.*

Tertiū est, quod à purgatorio liberat, id probatur exemplo sequenti, quod tradit Vincentius in speculo historiali, lib. 26. cap. 5.

*Est si-
gnum
prudē-
tiae.*

*4 pur-
gatoe.
rio li-
berat.*

in hæc verba. Frater quidam Durannus nomine de Bredon, prius idiota apparens, postea Mosiacensis Abbas, non incongruus, deinde ad Tholosanum Episcopatum sapientiæ prærogatiua promotus, inter operarios agriculturæ Dei merito solicitudinis & industria claruit. Hic circumspectus per cætera, verba risum mouentia sapientiæ incautiùs proferebat. Qua de re venerandus pater Hugo Abbas, cuius monachus fuerat, multoties eu increpans, nec satis proficiens, de futuro interminans Propheticè sic commonuit : Ecce frater charissimè nisi ludicra vero monacho prorsus interdicta, viuens dimiseris, post mortem enormiter apparabis. Quod sane vaticinium emigrante constat fuisse compleatum. Nam Siguino Capellano patris spumoso ore apparens, postulauit flebiliiter eius adiuamen, cui

noluit

noluit obedire, dum viueret. Hoc
vbi Domino Abbatii Siguinus re-
tulit, præcepit, vt fratres vna heb-
domada pro defuncto taciturnita-
tem proprij oris continuarent. Ad
hoc septem fratribus electis, cæte-
ris obedientibus, vnu se eorum voti
contemptor silentium interruptit.
Rursus Pontifex eidem denuo re-
uelatus est, valdè conquestus super
illo fratre perfido, qui dum non
siluit; sanitatem illius interpola-
uit. Audiens ista pijssimus Hugo,
præcepit, vt fractura silentij, quæ
per vnum contigerat, aliorum se-
ptem dierum silentio sarciretur;
quo facto, anima Pontificis tertio
reuelata, in statu Apostolico se
exhibens, purgatori suo memora-
to semperq; memorando Hugo-
ni gratias suæ integritatis re-
portauit. Hæc
ille.

Hugoe
nis Ab-
batis
pietas

CAPVT XXIX.

Silentio nihil pulchriùs, ità ut & vitam proponant Persæ & Anaxarchus, religiosi hominis indicium, salutis acquirendæ certissimum medium, eo sanctissimum nihil.

Silencio nihil pulchriùs

Persæ.

Anaxarchus.

DE primò, quòd scilicet eo nihil sit pulchriùs Frāciscus Petarcha sic scribit, Epistola 5. de rebus familiaribus. Legimus apud Persas nihil fide sanctiùs, nihil pulchriùs silentio, nihil loquacitate deformiùs. Itaq; vel illud morte custodiunt, hanc morte castigant. Non est qui quocūq; supplicio, sui regis pandat arcanum : si quis fortè contra fecerit nullo non supplicio dignus habetur. Præclarè. Quid enim omnino faciliùs, quām tacere? Ad quid ergò vtilis, aut cui rei sit habendus idoneus, qui rem longè facillimam implere nequiverit? Hæc ille. Simile est apud Paulum Manutium lib. 7. Apoph. de Anaxarcho. Qui cùm à tyranno

Nico.

Nicocreonte torqueretur, ut consciens proderet, post multa in regem dicta conuitia, tandem per iracundiam, & linguæ amputacionem minanti. Non erit, inquit, effeminate adolescens, hæc quoq; corporis mei pars, tuæ ditionis: simulq; dentibus abscissam, & commaducatam linguam in os eius irâ patens expuit. Quòd tantò maiori laude dignum, quanto volubilis linguæ continentia difficilior. Cum alioqui nihil videatur facilius, quam filere. Vnde Chilon rogatus, quid esset difficile. Arcanū inquit, reticere. Sic Manutius lib. 2. Apophthechmatum.

Secundùm, quòd scilicet religiosi hominis sit indicium, probationē non eget, cùm id satis ex Jacob. 1. 26. sit perspicuum, cùm dicit. *Si quis putat se religiosum esse, non refranans linguam suam, huius vanæ est religio.* Nota verò hic, per

Reli-
gio si
bomi-
nis in-
diciū.

Reli-
gio si
qui?

religiosos non solos intelligi Clericos, Monachos, aut Eremitas, sed omne genus piorum & fidelium Deum agnoscētium & colentium. Nam ante Monasteriorum fundationē Act. 2. 5. viri religiosi, qui omni natione quę sub cœlo est, fuerūt. Sic tales Hierosolymis cōgregati in die sancto Pentecostes; fuit & cēturio, Act. 10. 2. antequā Christo nomen daret, vir religiosus & timens Deum. Neq; hoc solis viris, sed & scēminis nullo adhuc loco inter Christianas certò destinatis & conclusis tributum; quin & alijs; quales erant mulieres religiosæ, quas Act. 13. 50. Iudæi concitauerunt contra D. Paulum & Barnabam. Dicto loco D. Iacobi conuenit id D. Gregorij libro 5. Moralium. Praui sicut in sensu leues sunt, ita in locutione præcipites, quia quæ leuis conscientia concipit protinus leuior lin-

gua

gua prodit. Vide plura capite 15.
num. 2.

Tertiūm est, quòd sit salutis ac-
quirendæ certissimum medium.
quòd patet ex doctrina D. Ma-
charij, quam posuimus superiùs
capite 20. numer. 3.

Quartūm est, quòd eo nihil
sanctius esse duxerint Persæ, vt su-
prà numero 1. diximus. Religio-
sos igitur, quibus nihil sanctius esse
debet: quibus maximè dicitur, Le-
uit. II. 44. † 19. 2. † 20. 7. 26. Sancti
estote quia ego sanctus sum Dominus
Deus vester. Et Apoc. 12. II. Qui
sanctus est, sanctificetur adhuc, si-
lentio vel maximè deditos esse o-
portet. Hinc quæ sanctissima erant
in veteri testamento non omnibus
patebant, sed in arca testamenti
clausa seruabantur; vt vrna aurea
habens manna, virga Aaronis quæ
fronduerat, & tabulæ testamen-
ti, vt testis est D. Paulus Heb. 9. 4.

Salutis in-
dicium

Eo ni-
hil san-
ctius.

Sicut vers. 1. & 2. dicit Tabernaculum in quo erat sanctum seculare velamento interceptum fuisse. Ac proinde Christus monet Matth. 7, 6. dicens. *Nolite sanctum dare canibus. Qui scilicet os à latratu continere nequeunt.*

CAPUT XXX.

Silentium est sapientiae & intelligentiae signum, thesaurum cordis conseruat, & eonihil tutius.

Sapiētiae signum. **P**rimūm est, quod sit sapientiae signum, ut & intelligentiae. Nam ut scribit Vincentius in speculo morali lib. 3. dist. 3. part. 1. Socrates inter alios Philosophos tacens, interrogatus vtrum hoc faceret ex inopia, an ex stultitia. Respondit: nemo stultus tacere potest. Idem legitur de Damarato; cui conuenit & id, Prover. 17. 28. *Stultus quoq[ue] si tacuerit, sapiens reputabitur, & si compresserit labia sua, intelligens.* Vnde Job 13. 5. ad ami-

cos loquens, inquit. *Utinam taceo
retis, ut putaremini esse sapientes.*
Nam Prover. 10. 14. *Sapientes ab-
scondunt scientiam; os autem stulco-
rum confusione proximum est.* Et v.
31. *Os iusti parturiet sapientiam.* Quo
innuitur nondum eam propalaris:
& addit. *Lingua prauorum peribit.*
Vide etiam ea quæ diximus supe-
riori capite 9. num. 1. & capit. 26.
num. 1. & cap. 27. num. 2.

Secundum est, quod thesau-
rum in agro cordis nostri & reli-
gioſi absconditum Matth. 13. 44
conseruat, ne loquacitate proda-
tur & diripiatur. Nam ut in Christo
sunt absconditi omnes thesauri sa-
pientiae & scientiae. Col. 2. 3. ita sa-
pientia ab illo nobis est communi-
cata: cuius, ut numero præceden-
ti diximus, silentium est indicium.
Verum ut dicitur Sap. 7. 14. de sa-
pientia. *Infinitus thesaurus est homi-
nibus: quo qui usi sunt, participes fa-*

The-
ſaurū
cordis
conſer-
uat.

et i sunt amicitia Dei, propter disciplu-
na dona commendati. Ut ergo omni-
studio prudentis est thesaurum
recte custodire, ne omnibus pa-
teat; sic & è re nostra fuerit os no-
strum à loquacitate prohibere.
Addo etiam ut non tantum benè
operiatur & claudatur; sed etiam
ut cautè custodiatur: tenemus e-
nīm eum in vase admodum fra-
gili: qui facili lapsu collidi pote-
rit, dicente D. Paulo, 2. Cor. 4.
6. de Deo Optimo Maximo. *Ipse*
illuxit in cordibus nostris, ad illumi-
nationem scientie charitatis Dei, in
facie Christi Iesu. Habemus autem
thesaurum istum in vasis fictilibus, ut
sublimitas sit virtutis Dei, & non ex
nobis. Quæ verò fictilia & sublimitas
sunt maxima animi attentione, &
quām cautissimè conseruanda esse
nemo est qui ambigat. De lin-
guæ verò thesauro sic ait Menan-
der:

Menan-
der.

Opti-

Optimus est homini linguae thesaurus, & ingēs
Gratia, quae parcis mensurat singula membris.

Tertiūm est, quod ea nihil sit
tutius, unde Franciscus Petrarcha
in prologo de vita solitaria inquit.
Silentio nil tutius his, quibus ob-
trectantium linguas euadere curae
est. Addiderim & ego, quibus ni-
hil magis in votis est, quam a læcu-
li & mortis laqueis sese expedire,
& ad castra religiosorum conce-
dere, quod ab exemplis cap. 13. &
similibus allatis, & capit 34. affe-
rendis, satis superq; elucessit. Vi-
de etiam quæ de securitate eius di-
ximus capite 24. num. 1.

Silens
tio nis
hil tu-
tius.

C A P V T XXXI.

Silentium vasis optimorum aromatum coor-
perculum, virtutum prima, in
quo & vita con-
sistit.

Silen-
tium
cooper-
culum
aroma-
tum.

Primum est, quod silentium sit
vasis in quo quam plurima

aroma-

aromata recondita sunt ad odore
& vim eorundem reseruandam o-
perculum. Quid enim cor nostrū,
nisi virtutum omnium & odora-
mentorum spiritualium recepta-
culum? Quo Eccli. 24. 20. sapien-
tia vt cinnamomum & balsamum
aromatizās dedit suavitatem odo-
ris; in quo est odor notitiæ Dei &
Christi, quem 2. Cor. 2. 14. mani-
festauit per Apostolos in omni lo-
co. Quare & nos omnes ibidem,
vers. 15. Christi bonus odor sumus Deo
in ijs qui salvi fiunt, & in ijs qui per-
eunt: alijs autem odor mortis in mor-
tem, alijs odor vite in vitam. Adde
etiam cùm nobis currendum sit, vt
cōprehendamus, curremus, Cant.
1. 3. in odore vnguentorum Chri-
sti. Cuius odor, Eccli. 24. 21. vt
balsamum non mistum: quòd om-
nes odores superat: quòd ne euap-
oret & euanescat, omnium coo-
perculorum optima taciturnitate

con-

conseruandum erit. Alias ut est Eccli. 20. 13. *Sapiens in verbis seipsum amabilem facit, gratiae autem fatuorum effundentur.* Vnde Seneca. Nihil æquè proderit quām qui escere & minimum cum alijs loqui, & plurimum secum. Huc etiā spectant quæ cap. 15. num. 1. diximus. His adde quòd apud Iudæos vasa omnia desuper opercula habere debuerunt: Alioquin ut est Num. 19. 15. *Vas quòd non habuerit operculum, nec ligaturam desuper immundum erit.* Ità anima nostra nisi operiatur & ligetur silentio, munda esse minimè poterit.

Secundūm est, quòd silentium sit prima virtutum. Vnde Cato li. 1. Virtutem primam esse puto cōpescere linguam. Quòd cum illis, quæ diximus suprà cap. 22. num. 3. conuenit.

Tertiūm est, quòd per silentium conseruetur vita hominis.

cùm nis.

cum corporalis ut patet ex cap. 11.
& 13. tum maximè spiritualis. Vnde
de Prou. 18. 20. *De fructu oris viri
replebitur venter eius; & genima
labiorum ipsius saturabit eum. Mors
& vita in manu linguae, qui diligunt
eam, comedenti fructus eius.* Et capit.
10. 11. *Os iusti, vena vitae, & os impio-
rum operit iniquitatem.* Quæ vena
non facile scindenda ne spiritus e-
uanescant. Et de perfectissima vi-
ta loquens Dauid, Psalm. 33. 13.
*Quis est homo qui vult vitam, diligit
dies videre bonos? Prohibe linguam
tuam à malo, & labia tua ne loquan-
tur dolum. Diverte à malo, & fac bo-
num: inquire pacem & persequere
eam.* Similia, 1. Pet. 3. 10.

CAPUT XXXII.

Continet vigintiocto encomia & laudes silen-
tij & taciturnitatis ex sanctis Pa-
tribus desumptas.

PRIMÒ omnium Ioannes Cli-
machus septendecim taciturn-

nita.

nitatis qualitates loco superiùs citato sic prosequitur. Taciturnitas in cogitatione mater est orationis, captiuitatis reuocatio. Ignis diuini amoris obseruatio, cogitationum diligēs inspectio, spicula hostium, carcer luctus, lachrymarum amica, memoriæ mortis operatrix, suppliciorum pictor, iudicij indagatrix, sagax mæroris subministratrix, inimica fiduciæ, ambitio. sæ doctrinæ aduersatrix, scientiæ adiectio, speculationis opifex, secretus in Deum profectus, occultus ascensus: qui peccata cognoscit continet linguam suam, qui verò loquax est, nondum seipsum, uti oportet, agnouit. Hæc ille.

Secundò, Ioannes Abbas Montis Sinai viginti duo encomia ponit, cùm inquit: Silentium est mater orationis, ignis custodia, Episcopus cogitationum, intentio pugnatorum, luctus colligatio, ami-

cit ialachrymarum, mortis opera-
tor (intellige spiritualis) pœnæ æ-
ternæ pœtor, iudicij æterni dili-
gens inquisitor, mœsticie minister,
confiden iæ propriæ inimicitia,
tranquillitatis coniugalis conui-
ctus, non apparens prefectus; si-
lentij amicus appropinquat Deo,
ac lubenter colloquens à Deo illu-
minatur. Cognoscens delicta te-
nuit linguam; qui verò multilo-
quus est nōdum cognouit seipsum
sicut oportet, sollicitus de exitu,
circumcidit sermones, & qui lu-
crum animæ possidet, quasi igne
auertit multiloquium, & quietem
solitudinis diligit, os suum reclu-
dit qui nouit odorem ignis Altissi-
mi, fugit homines quasi apis fu-
mum. Hæc ille.

Exempla verò silentij videre
poteris in toto decursu libri huius,
maximè cap. 35. toto, & 47. num.
7. & hactenus de incommodis &

pericu-

periculis loquacitatis & fructibus
silentij; nunc personas, tempora
& loca silentij examinemus: & pri-
mò quidem, qui silere debeant,
discutiamus.

QVIBVS COMPETAT TACERE.

CAPVT XXXIII.

*Quis tacere debeat: & quod hoc in genere o-
mni homini conueniat: & in particulari ad o-
lescentibus & discipulis, & linguarum
donum habentibus.*

Primò, id maximè inter om-
nia viuentia homini conuenit. In ges-
nere
omni-
bus cō-
uenit
tacere.
Vnde D. Iacobus amantissimus, tacere.
vt eius epistola testatur, silentij, tacere.
capit. 1. 19. inquit. *Sit autem omnis
homo velox ad audiendum: tardus
autem ad loquendum, & tardus ad
iram.* Hinc & Seneca de moribus.
In hoc incumbe ut libentiùs audias
quàm loquaris, auribus frequen-
tiùs utere quàm lingua, colligitur

Line
gua du
plici
muro
cine
cta, v
num
os, due
aures.

Adole
scētes
taceāt.

Cato
Vticē
sis.

id quoque ex natura, quæ vnum
tantum hominibus os & duas aures
tribuit. Et Chrysostom. hom. 4.
ad baptizandos. Deus linguam ve-
lut muro dupli voluit circumda-
ri; nam dentium tegmine & labio-
rum custodia continetur; ne ver-
ba improuida garrulitate proferā-
tur. Vnde Antisthenes Athenien-
sis adolescentem temerē garrientē
hoc dicto corripuit, ob hoc binas
habemus aures, os vnicū, vt pluri-
ma audiam, loquamur paucissima.

Secundò hoc in particulari in
primis conuenit adolescentibus, &
iūuenibus. Vnde Eccli. 32. 9. Audi-
tacens, & pro reuerentia accedet tibi
bona gratia. Adolescēs loquere in cau-
satua vix, si bis interrogatus fueris,
habeat caput tuum responsum. Cato
Vticensis etiānum puer, vt est apud
Plutarchum in vita eius, cū sibi vi-
tio daretur taciturnitas, dixit. Car-
pant taciturnitatē modò vitā pro-

bent.

bent. Tum demū abrumpam hoc
meum silentium, cum ea loqui po-
tero quæ sunt indigna silētio. Cle-
antes cuidam petenti aliquod di-
ctum, quòd Cretio filio suo occi-
neret, protulit ex Electra, tace, ta-
ce, tenue vestigium. Innuēs pueris
maximè conuenire silentium.

Tertiō, cōuenit discipulis. Hinc
id Eccli. 18. 19. discipulis benē in-
culcandū erit. *Ante indicium para-
mūstitiam tibi, & antequā loquaris di-
sce.* Vnde & D. Benedictus Mona-
chorū in Occidēte Patriarcha suos
discipulos instruens, cap. 6. regulæ
suæ, inquit: Loqui & docere magi-
strū cōdecet, tacere & audire disci-
pulo conuenit. Vnde & Seneca in
moral. Tacere qui nescit, nescit lo-
qui. Et summa omnium sumarum
hæc erit tibi: tardiloquum te esse
iubeo, & propè erit tibi Deus. Et
ibidem. Quòd diu tacueris id puto
rectissimum. Hippocrates quoq;
teste Hieronymo in Epistola ad

*Disci-
pulis
conues-
nit.*

Neopotianum, discipulos suos in sua verba iurare compulit, & iuramento extorsit silētum. Huic adde Pythagoram. Hic teste Sidonio epistola 21. aduenientibus discipulis priūs legitur tradidisse silētū patientiam, quām loquendi mōstrasse doctrinam, atq; ita mutum sustinuit in sua Cathedra quinquēnium. Quibus addo ex Vitis sanctorum Patrum exemplum Pauli cognomento Simplicis, discipuli S. Anthonij: qui cūm ex animi simplicitate quereret, esset ne Christus prior Prophetis; insultam interrogatiunculam silentio diluere iussus, per triennium nemini proloqui quicquam est ausus. Itaque quæ dictu digna aut indigna habentur tacendo vti discipulus dicit. De S. quoq; Thoma de Aquino vide caput 34. num. 6.

Tertium est, cuius ratio habita fuit in primitiua Ecclesia: de eo

qui

*Pau-
lus
Sim-
plex.*

qui habebat donum linguarum, quod licet erat donum Spiritus sancti, ut constat ex 1. Cor. 12. 10. eum tamen, qui hoc dono gaudebat, absente interprete vetebat D. Paulus in Ecclesia loqui, 2. Cor. 14. 18. sic inquiens. *Si autem non fuerit interpretes, taceat in Ecclesia: sibi autem loquatur & Deo.* Quantò magis ergo illis continenda erit lingua, qui necdum donum linguarum obtinere meruerunt?

*Habes
donum
lingua
rum.*

CAPUT XXXIII.

cœnobitis id competit.

COEnobitis autem & Monachis maxime conuenire silentium satis superque patet regulas Patriarcharum singulorum ordinum diligenter scrutantibus. Quarum rerum exempla ex supradictis satis redduntur manifesta, idque ex ijs quæ de sanctis quibusdam cœnobitis cap. 4. num. 1. † 8. num. 1. † 20. num. 1. † 24. n. 2. † 26. n. 1.

¶ 27. numer. 3. ¶ 38. numer. 3. &
47. num. 7. habentur.

Aegyptiorū Monachorū silentium in templo quantum.

Quibus adde primò, quanta diligentia qualiq; circumspectio-
ne silentium ab Aegyptijs mona-
chis circa annum 435. seruatum sit,
vt tradit Cassianus lib. 2. de insti-
tutis Cœnobiorum capit. 10. vbi
inquit. Cùm igitur prædictas so-
lemnitates, quas illi synaxes vo-
cant, celebraturi conueniunt, tan-
tum à cunctis silentium præbetur,
vt cùm in vnum tam innumerosa
fratrum multitudo conueniat,
præter illum, qui consurgens Psal-
lum decantat, in medio, nullus
hominum penitus adesse credatur,
ac præcipuè cùm consummatur o-
ratio, in qua non sputum emittit-
ur, non excreatio obstrepit,
non tussis intersonat, non oscita-
tio somnolenta discussis malis &
hiantibus trahit ur: nulli gemi-
tus, nulla suspiria, etiam adstan-

tes

tes impeditura, promuntur, nulla vox absque Sacerdotis precem concludentis auditur, nisi forte haec quæ per excessum mentis clausura oris effugerit, quæque insensibiliter cordi subrepserit, immoderato scilicet, atq; intollerabili Spiritus feruore succensa, dum ea quæ ignita mens in semet ipsa non præualet continere, per ineffabilem quendam gemitum, ex intimis pectoris sui conclavis euaporare conatur.

Secundò, his adde quòd & cap. 15. eiusdem libri sic inquit. Finitis itaque Psalmis & quotidiana congregazione, sicut superiùs memorauimus, absoluta, nullus eorum vel ad modicum subsistere, aut sermocinari audet cum altero: sed ne quidem per totum diei spatium à cella sua progredi aut deserere opus quòd in ea solitus est exercere

præfu-

Foris
eorum
dem
quan-
tum si
lentiū.

præsumit: nisi fortè cùm fuerint
ad officium necessarij cuiusq; ope-
rise euocati. Quòd ità explet fo-
ras egressi, vt nulla inter eos ser-
mocinatio penitùs conferatur: sed
sic vnuſquisq; opus iniunctum ex-
equitur, vt Psalmum vel Scriptu-
ram quamlibet memoriter recen-
fendo, non solum conspiracyi
noxiæ, vel consilijs prauis, sed nec
otiosis quidem colloquijs, vllam
copiam vel tempus impertiat: o-
ris pariter & cordis officio in me-
ditatione spirituali iugiter occupa-
to. Summa namq; obseruantia cu-
stoditur, ne quisquam cum alio ac
præcipue iuniores vel ad punctū
temporis pariter substitisse, aut v-
spiam secessisse, vel manus suas in-
uicem tenuisse deprehendatur: si
qui verò contra huius regulæ di-
sciplinam reperti fuerint aliquid
admitisse, vt contumaces ac præ-
uaricatores mandatorum, non le-

ui-

leuis culpæ rei pronuntiati, suspi-
tione etiam coniurationis pra-
uiq; consilij carere non poterunt.
Quam culpam nisi in vnum cun-
ctis fratribus congregatis publica
diluerit pœnitentia, orationi fra-
trum, nullus eorum interesse per-
mittitur. Hæc ibi.

Tertiō, quantum verò silen-
tium in Monasterio quinque mil-
lium Monachorum sub Amona
Abbate seruatum sit, sic tradit cir-
ca annum 440. Palladius Hist. 48.
& Marcus Marulus Spalatensis,
circa annum 1482. lib. 4. dictorum
factorumq; memorabilium cap. 6.
vbi sic scribit. In Tabennensi Mo-
nasterio, quod in eremo Scythio-
tica positum erat, Amona Abbas
mille quingentis Monachis præ-
fuisse dicitur. Et cum tot essent ho-
ris quibus silentium indicium e-
rat, sæpenumero aduenæ locum
adeuntes, neminem ibi adesse pu-

Taben-
nenses
5000.
Monas-
chi
quan-
tum si-
lentiū
seruēt.

tauerunt, donec interiūs ingressi, illos vnumquemque seorsum in suis cellulis orantes, aut aliquid aliud facientes conspicerent; adeò non strepitus aliquis, non fusurus, non saltem screatus audiebatur; deniq; multitudo solitudinem taciturnitate æquabat. Hæc ille.

Quartò, eodem Marulo teste Beonem quoq; Abbatem in Thebaidis deserto habitantem, in summo silentio vixisse accepimus, ita ut perquam raro loqueretur, nec nisi quantum exigere videbatur necessitas taciturnitatem seruans, & simul officio fungens charitatis.

Quintò, Abbas Agatho, ut in Vitis Patrum legitur, lapillum ori per triennium imposuit, ne etiam si fari vellet expeditum illi foret.

Sextò, refert & Thomas de Kempis Canonicus regularis S. Augustini, qui vixit circa annum Domini 1471. de quodā fratre Or-

dinis

dinis Cisterciensis pulchrum exemplum. Fuit, inquit, in partibus superioribus, Monachus quidam Ordinis Cisterciensis, solitus cū-
stos oris sui, & claustral is disciplinæ diligens obseruator. Hic zelo deuotionis accensus, vix vnicum verbum in hebdomada lo-
quebatur. Cui Abbas causa solatij dixit. Frater, do tibi licentiam, quandoq; loquēdi cum fratribus. Qui respondit. Pater Reuerēde, nō desidero talem licentiam habere. Quod audiens Abbas, edificatus est in responso fratris libenter tacētis.

Septimō, D. Thomam de Aquino lumen Ordinis Prædicatorum, teste Anthonino & Domino Surio in vita eius cūm interschola-
lasticos versaretur, naturaq; taciturnus esset, & corporis habitu cæteris obesior, bouem mutum appellabant. Albertus verò Ma-
gnus magister eius, ubi ingenium

cister-
ciensis
religio
sas.

illius disputationibus experiri cō-
pisset, deprehendens quorū sum eius
tenderet silentium; Bos ille mutus,
inquit, talem mox edet mugitum,
ut sonū eius totus admiratus sit
mundus. Et cūm omnium doctissi-
mus euasisset, tunc sanè apparuit,
quantum docilis taciturnitas, va-
næ & arroganti loquacitati, esset
præferenda.

O&tauò, de Rudolpho Bene-
dictino, Monasterij Affliginien-
sis, diximus cap. 24. num. 2.

C A P V T XXXV.

*Militibus & mulieribus conuenit si-
lentium.*

Primò, conuenit militibus ut
arcanorum & secretorum sint
tenaces. Sic Antigonus rex Mace-
donum filio Philippo multis præ-
sentibus percontanti ac dicenti:
Quando castra mouebimus? Quid?
inquit, num metuis, ne solus tur-
bam non audias? Sic cuidam Tri-

buno

buno militum ex iunioribus per-
contanti, Luc. Cæciliū Metellū,
quid esset facturus. Si eius rei , in-
quit, scirem nisi tunicam esse con-
sciam, exutam in ignem conieci-
sem.

Secundò, quòd mulieribus cō-
ueniat, id respondet auctoritati S.
Pauli Apostoli, dicentis, 1. Cor. 14.
34. 35. *Mulieres in Ecclesiis taceant,*
non enim eis permittitur eis loqui, sed
subditas esse, sicut & lex dicit. Géne-
sis scilicet 3. 16. Si quid autem volunt
discere domi viros suos interrogent.
Ergò ne quidem permittit illis D.
Paulus, vt vel discendi gratia lo-
quantur in Ecclesia. *Turpe enim est*
mulieri loqui in Ecclesia. Ità vt D.
Hieronymus in epistola ad Pauli-
num Præsbyterum de diuinæ scri-
pturæ libris meritò conqueratur:
primò, quòd garrula anus sacram
scripturam doceat, antequā discat.
Secundò, quòd, prò pudor, alij

discant à fœminis quòd viros doceant; cùm quasi ubiq; illis D. Paulus silentium indicat. 1. Tim. 2. 11.

12. 13. 14. *Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto, neq; dominari in virum: sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est, deinde Eva: & Adam non est seductus, mulier autem seducta in prævaricatione fuit.*

D. Hieronymus ad Celandrū scribens. Sit intentus, ait, ac vigilians & aduersus peccata semper armatus animus tuus, sermo in omnibus moderatus & parcus, & qui necessitatem magis loquendi indicet, quām voluntatem. Hæc ille. Quam doctrinam minus assecutas fuisse duorum pientissimorum virorum Iob & Tobiae garrulas uxores satis patet ex Iob 2. 9. & Tob. 2. 21, quæ meritò stultæ vocantur. Vide suprà capit. 9. numer. 3. & cap. 20. num. 2.

vxores
Iob &
Tobiae
garrulas

CAPUT XXXVI.

*Sacris monialibus id maximè competit,
quòd probatur horribili quo-
dam exemplo.*

Primò, Diuus Hieronymus in suis regulis Monialiū, quarum meminit Marcus Marulus libro 4. citato capite 6. eas fœminei sexus personas, quæ in monasterio sacris initiatæ sunt instruens, in hæc verba eas monet, silentij modum, tempora & loca obseruare. Volo charissime, vt in conuentu vestro, ter aut pluries in hebdomada, exceptis festiuitatibus loqui omnino, nisi vrgente caufsa perutili & necessaria, nullatenus liceat, nec simul, nec cum alijs extra. Diebus verò omnibus, quibus & pro remedio, & pro salute loqui conceditur, non singulis horis vacandum est verbis, quæ vix proferri sine peccato possunt: Sed hæc inuiolabilis

Monia
lium
silen
tium.

obseruatio vigeat, quod singulis
noctibus post peractam horam
completorij, usq; post missam, &
a tertijs usq; ad nonam sacra obser-
uentur silentia. Quatenus & lin-
guæ Deum laudandi concedatur
opportunitas, & inutilia verba pe-
nitus abscondantur. In choro verò
Ecclesiæ ad diuinæ laudes parato,
dormitorio, cœnaculo, claustro,
ac capitulo, omni tempore loqui
non deceat, nisi ea quæ ordinata
sunt in laudibus Dei, ut iam & tem-
pus & locus religionis vestræ præ-
dicent sanctitatem, & loquacibus
compunctionem ingerant, & in-
trandi ad societatem vestram san-
cta desideria incitent, & affectus ad
cœlestia moueantur.

Secundò, quam verò studio-
sè id ab illis obseruandum sit, do-
cetur horribili quodam de loquaci-
moniali exemplo, quod D. Gre-
gorius tradit lib. 4. dialogorum

cap. 57. Vir namq; vitæ venerabi-
lis Felix Portuensis Episcopus Sa-
binensi prouincia ortus atq; nutri-
tus est. Qui quandam sanctimonia-
lem fœminam in loco eodem fui-
se testatur, quæ carnis quidem cō-
tinentiam habuit, sed linguæ pro-
cxitatem atq; stultiloquium non
declinavit. Hæc igitur defuncta
atq; in Ecclesia scupta est. Eadem
quoq; nocte custos eiusdem Eccle-
siae per reuelationem vidit, quia
deducta ante sacrum altare per me-
dium secabatur, & pars vna illius
igne cremabatur, & pars altera in-
tacta remanebat. Cumq; hoc sur-
gens manè fratribus narrasset, &
locum ostenderet in quo fuerat
igne consumpta, ipsa flammæ com-
bustio ita ante altare in marmori-
bus apparuit; ac si illic eadem sœ-
mina igne corporeo fuisset con-
cremata. Hæc ille. Quod exemplū
illi qui sacrarum virginum præ-

Hor-
ribile
exem-
plum
de mo-
niali
loqua-
ceo.

sunt congregationibus & domi-
cilijs si s̄epiū illis inculcauerint,
rem fecerint suo officio dignam,
& virginibus ad cautelam profi-
cuam.

CAPUT XXXVII.

*Pauper l̄esus, & populus audiens bla-
sphemias, tacere debet.*

*Paue-
per l̄esus tas-
cebit.*

*Portio-
cus ser-
pini or-
ca in
O'yme-
pia.*

*Chris-
tus
pauper
& tas-
cens.*

DE primò loquens Ecclesia-
sticus sic ait. Eccli. 13. 4. Di-
nes iniustè egit, & fremet, pauper au-
tem l̄esus racebit. Tales pauperes
pauci iam inueniuntur, sed l̄esi ver-
bo uno, reddunt aliquādo septem,
similes porticui in olympia quām
teſte Plutarcho in moralibus septi-
vōcam vocant, quōd pro vna voce
multas redderet: ità locutullæi
quidam, inquit, vel uno prouoca-
i verbo sermonem im̄ensum red-
dunt. Non ità id didicerunt à Sal-
uatorē nostro. Qui Psalm. 69. 6. †
108. 22. egenus & pauper. Et Psal.

85. 1. Inops & pauper. Et Psalm. 39.
18. Mendicus & pauper. 1. Reg. 18.
23. Tenuis & pauper. Et Zach. 9.
9. Rex & pauper: tamen in sua
sanctissima passione quasi agnus
coram tondente se obmutuit, &
non aperuit os suum. Isa. 5. 3. 7.
1. Pet. 2. 23. In qua taciturnitate
necessa est ut hoc tempore cum
multorum diuitum refixit chari-
tas, se exerceant illi religiosi, qui
ex peculiari indulto, mendican-
tium, sub diuersis Ordinibus, no-
mine gaudent.

Alterum est, ut populus &
communis plebs in taciturnitate
se exerceant, cum haeticorum
quorum sermo. 2. Tim. 2, 17. Ut
cancer venenosus serpat, blasphe-
mias præterire non poterit. Cuius
rei sibi sumant exemplum in po-
pulo Iudæorum, cum Rapsaces à
Sennacherib rege Assyriorum ad
Ezechiam missus, horrendas in Deū

Populi
silen-
tium.

blasphe-

blasphemias, 4. Reg. 18. 2. Par. 32.
& toto ferè capit. 36. Iſaiæ conges-
ſit. Quid autem ad hæc populus?
mox addit vers. 21. *Et ſiluerunt &*
non responderunt ei verbum. Man-
dauerat enim eis rex, dicens. Ne-
ſpondearis ei. O quanta regis prudē-
tia & populi erga regem de ſilentij
mandato obſeruantia? Quam pij
Christiani ad hæréticorum & im-
proborum blasphemias meritò i-
mitari tenentur.

C A P V T XXXVIII.

Prophetis quoq; familiare fuſſe ſilenc-
tium probatur.

Proe-
phetis
ſilenc-
tium
familiare.

EX multis, ſufficit triū aut qua-
tuor Prophetarum exempla
recensere, vbi primò occurrit Re-
gius Propheta Dauid, qui Psal. 138.
4. ait. *Et omnes vias meas præuidisti,*
qui nō eſt sermo in lingua mea. Psal.
38. 2. Posui ori meo custodiā cum
confiteret peccator aduersum me: ob-
mutui & humiliatus ſum, & ſilui à

bonis,

bonis, & dolor meus renouatus est. Et Psalm 54. 8. ut cap. 21. num. 1. Et cap. 42. num. 2.

Secundò, Ezechiel quoq; ex Eze-
chiel. præcepto diuino tacere debuit. Vnde Ezech. 24. 16. inquit Dominus. *Fili hominis, ecce ego tollo a te desiderabile oculorum tuorum in plaga, & non planges, neq; plorabis, neq; fluēs lachryma tua, ingemisce tacens.*

Tertiò, exemplum petendum à Propheta Ieremia, qui in utero matris sanctificatus fuit, iuxta id dictum Domini ad illum. Ierem. 1. 5. *Priusquam te formarem in utero noui te, & antequam exires de vulva sanctificavi te, & Prophetam in gentibus dedi te.* Tria certè egregia encomia & omni acceptatione digna, & maximè, in vulva matris sanctificatum fuisse, utiq; etiam in lingua, in qua non erat periculum alicuius casus. Nihilominus cùm iam destinatus esset muneri propheticō,

Iete-
mias.

phetico, quid inquit? Sequitur v.
6. *Et dixi, A, a, a, Domine Deus.*
Ecce nescio loqui, quia puer ego sum.

Quartum est, de Propheta Iob, in quo silentij & arctioris in cellis custodij non adumbratum, sed verissimum exemplum eluxit, cum Iob 31. 34. loquens de susceptione pauperum, ob quam amicis contemptui erat, inquit. *Si expani ad multitudinem nimam, & despectio propinquorum terruit me, & non magis tacui, nec egressus sum ostium meum.* Prophetis tamen non semper tacendum esse, patebit infra cap. 57. num. I.

C A P V T XXXIX.

Religiosis maximè & Sacerdotibus conuenit aliquando taciturnitas, quod graui probatur exemplo.

Reli-
giosis
conne-
nu file
tium.

DE primis loquitur D. Iacobus 1. 26. *Si quis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius*

vana

vana est religio. Nota ergo hoc certissimum medium esse ne seducamur a Dæmone, ut nos religiosi quam exactissime silentio studeamus, ne licentia loquendi abutentes a serpente cum Heua. 2. Cor. ii. 3. et si simus in paradiſo terrestri seducamur. Porro de fræno diximus capite 33. num. 2. De alijs vide caput 26. 34. & 35. Quod vero religiosi nomine non tantum intelligentur cœnobitæ, sed & alij docuimus suprà cap. 29. num. 2.

Alterum est, sacerdotum aliquorum silentium; uti unum adduximus suprà a Seuero Sulpitio c. 34. num. 4. Ut vero Sacerdotes etiam qui sua lingua sacram hostiam consecrant, quibus maxime lingua data ad orandum, psallendum, & legem Dei prædicandam, videant quæ grauiter Deus vindicet si ea abutantur, seques exemplum ex libr. Apum subiungam, ubi in hæc verba legimus.

Sacer-
dotum
silenc-
tium.

bile de
Sacer
dote
loqua=
ci ex-
emplū.

Fuit quoq; Sacerdos, nomine, non
actu, ita linguæ vitio deditus, vt
potiùs mentiretur quàm non in-
famaret criminibus socios ac co-
habitantes. Hic ante mortem ra-
ptus est in furiā & tanta in se deba-
chatus est cæde, vt proprijs denti-
bus linguam maliloquam dilania-
ret, manderetq; & palàm cunctis
ostenderet, quòd quia lingua sua
dolosè egerat & venenum aspidū
sub labijs eius, quasi sepulchrum
patens guttur illius, fætorem teter-
rimum exhalareret. Hæc ibi.

C A P V T X L .
Præter homines, & alia filere di-
cuntur.

Primò, Deus ipse vt suprà ostē-
dimus cap. 28. num. 1.

Secundò, Angeli, vt diximus
capit. 20. num. 2.

Tertiò, Babylon filia Chal-
dæorum. Vnde Ila. 47. 5. Sed et a-
cens, & intra in tenebras filia Chal-

deorum:

deorum : quia non vocaberis ultra dominaregnorum. Coniungit silentium cum quiete & tenebris , in quibus optima sit recollectio , maxime quando aliquis meminit nouissimorum.

Quartò. Fluctus procellæ, Psal. 106. 29. *Et statuit procellam eius in auram & siluerunt fluctus eius, & lati sunt quia siluerunt.*

Quintò Habitantes in Insula, Tyrus scilicet, Isa. 23. 2. *Tacete qui habitatis in Insula, negotiatores Sidonis trā: fretantes mare, repleuerunt te.*

Sextò, Mari iubet Christus tacere, Marc. cap. 4. 39. *Et exurgens comminatus est vento & dixit mari; Tace, obmutesce. Et cessauit ventus & facta est tranquillitas magna.*

Septimò, Mucro Domini debet refrigerari & silere, Ier. 47. 6. *O mucro Domini usquequo non quiesces? ingredere in vaginam etam refrigerare & file.*

Octauò, Omnis terra, à facie
Domini. Hab. 2. 20. & super regē
Babylonis. Isa. 14. 7. Quæ & siluit
tempore Machabæorum. 1. Ma-
chabæor. 1. 3. † 7. 50. † 9. 57. † 11.
18. 52. 2. Machab. 14. 4. Nonò
vēntus siluit in sermone Domini.
Eccli. 43. 25. vt & patet ex Marci
4. 39. De quo numero quinto.

CAPVT XLI.

Non omni tempore loquendum esse.

HA&tenus docuimus quare ta-
cendum & silendum sit, &
cui silentium maximè conueniat,
nunc verò ostendendum non o-
mni tempore loquendum esse, &
quo tempore vnicuiq; silēdum sit.

Non omni verò tēpore loquen-
dum, docent sacræ literæ, & in pri-
mis Ecclesiastes cap. 3. v. 7. cùm in-
quit. *Tempus tacendi & tempus lo-
quendi.* A quo non discrepat Eccle-
siasticus c. 20. 5. *Est tacens qui inue-
nitur sapiens; & est odibilis, qui pro-*

cax est ad loquendum. Et vers. 6. Est tacens non habens sensum loquela: & est tacens sciens tempus aptum. Et v. 7. *Homo sapiens tacebit usq; ad tempus: lascivus autem & imprudens non seruabunt tempus.* Quam verò pulchrum sit, verba suo tempore promere, docet Salomon, cum verba bona malis aut pomis aureis comparat, & tempus lectis argenteis in quibus reponuntur, dicens. Prou. 25. II. *Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo.* Ex his omnibus facile colligimus quam sit necessarium intelligere, quando nobis tacendum sit. Quòd nunc examinabimus.

QVANDO TACENDVM

AVT SILENDVM.

CAPVT XLII.

Primò tacendum in rebus aduersis, quòd probatur exemplo filiorum Israël, Davidis, & Abbatis Pambonis.

Primò, in rebus aduersis tacendum esse, & cum patientia

silencio

In rebus aduersis.

silentium, potest colligi ex ijs quæ de paupere diximus superiùs cap. 37. num. 1. Hic sufficiat, quatuor exempla in mediū adducere, quorum primum est filiorum Israël. Hi enim in summa rerum aduersitate constituti ad silentium ut ad sacram ancoram confugere debebant, cùm antrorsum, viderunt mare rubrum sibi transiundum esse, vbi nullum subSIDium nauium conspiciebant: retrorsum verò Pharaonem & Aegyptiorum exercitum, cum curribus & equis eos ferociter insequentes. Tunc demum Moyses ad illos Exodi 44. 14. **Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.**

Dauid

Secundò, id videre est in rege Dauide, quid, is licet se verbis & armis vindicare potuisset, egerit, cùm peccator aduersus eum constiteret, id scilicet, quod ipse de testatur. Psalm. 38. 2. *Dixi: custo-*

diam

diam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Posuori meo custodiam, cùm consideret peccator aduersum me, obmutui, & humiliatus sum. & silui à bonis: & dolor meus renonatus est. Quid ergo? vers. 4. Concului cor meum intra me, & in meditacione mea non exardescet ignis. Illi siquidem qui ad illud perfectionis genus deuenerunt, ad meditandum & ignem diuini amoris concipientum sunt aptissimi. Eiusdem Davidis lingua adhæsit faucibus eius, cùm illum Psalm. 21. 16. multi petulantes vituli circumdederunt. Ex dicto quoq; Psalmo 38. D. Benedictus cap. 6. regulæ suos discipulos docuit esse silentij & taciturnitatis obseruantissimos.

Tertiò, hoc loco Scripturæ sacræ maximè se exercuit Pambo Abbas, cùm etiam ipse discere priùs quam loqui proposuisset, ad illum qui trigesimū octauum Psal-

Pambo
Abbas

mum

mum sibi legere cœperat, dixit.
Custodiam vias meas, ut non delin-
quam in lingua mea: Sæt est, inquit,
reliqua audiam, cùm istud opere
impleuero. Multo deinde tempo-
re post reuersus, cùm interrogare-
tur, cur tantum ad magistrum re-
dire distulisset? nondum se illud
quod didicerat perfecisse dixit, &
Apostolicum esse præceptum: e-
stote factores verbi, & non audi-
tores tantum, & vt est Hist. tripar-
libr. 8. capit. 1. Idem Theophilo
Episcopo se aliquando adeunti, &
aliquo sermone ab ipso spirituali-
ter refici petenti, respondit: si ta-
citurnitate sua non reficiebatur,
nec sermonibus eum refici posse.
Hinc quidem die vitæ suæ iam su-
premo audacter affirmauit, ex quo
eremum incolere cœpisset nullum
se vñquam protulisse verbū quod
prolatū nollet. Perfecit ergò quod
initio promiserat: *Dixi, custodiam*

vias meas ut nō delinquam in lin-
guā mea. Quā igitur lētus, quam se-
curus hinc discedebat, quē nullius
propē culpæ consciū taciturnitas
ipsa fecerat.

C A P V T X L I I I .

Tacendum cūm angeli aut sancti nobiscum lo-
quuntur, & cūm est sermo de iudicijs
& permissionibus diuinis.

Secundò, tacendum est cūm an-
geli aut sancti nobiscum lo-
quuntur, quòd maximè seruandū
erit cūm eorum facta leguntur aut
audiuntur. Hinc Danielis 10.15. de
angelo sibi mirabili specie vers. 5.
apparente, inquit. *Cumq; loquere-
tur mihi huiusmodi verbis, deieci
vulnus meum in terram & tacui.*

Tertiò, cūm est sermo de iudi-
cijs & permissionibus diuinis, ne eū
in illis arguamus. Quòd quia fecit
Iob sic de se, c. 39.37. loquitur. *Qui
leuiter locutus sum, respondere quid
possim? manum meā ponam super os
meū, Ver. 35. Unū locutus sum, quod*

Manū
super
os po-
nere,
quid?

utinam non dixisset; & alterum qui-
bus vītrā non addam. Nota ma-
num super os ponere, signum ta-
citurnitatis est, in cuius rei signifi-
cationem Clemens Alexandrinus
lib. 5. Stromatum scribit Anachar-
sim Schitam dormientem sinistra
manu secretiora corporis loca te-
xisse: os autem dextera manu; quo
ostenderet oportere quidem v-
tramq; partem continere, sed ma-
ius esse linguam continere quām
voluptatem. Vnde & D. Iob ad a-
micos suos principes, cap. 21. 5. in-
quit, *Attendite me, & obstupescite;*
& superponite digitum ori vestro,
quod eos fecisse dicit cap. 29. 8. Vi-
debat me iuvenes, & abscondeban-
tur: & senes assurgent es tabant. Prin-
cipes cessabant loqui & digitum super-
ponebant ori suo. Sed Apostata con-
trarium facit, qui non imponit ori
suo silentium per digitum: sed ut
est Prou. 6. 13. digito loquitur, In

omnibus

omnibus porrò templis Aegyptiorum teste Ioanne Pierio in Hieroglyphicis lib. 36. vbi colebatur Isis & Serapis, simulachrum erat digito labris impresso; ostendens de diis immortalibus silentium habendum. In quos etiam ne licentiosi simus in loquendo, à Platone monemur. Sic & sigillum in annullis indicabat rerum agendarum silentium. Vnde Alexander Macedo, ut ibidem refert Pierius, cùm matris epistolam calumnijs & accusatione plenam aduersus Antipatru continebat, vna cum Hiphestione uti solebat legisset, detractu digito senatorium annulum ori illius impressit, silentij monumentum. Hoc pacto innuens ut arcana contineat. Exemplum cùm in signis de amico fiduciæ, tūm etiam humanitatis egregiè, qui calumnias latius spargi noluerit, licet inuisum haberet Antipatrum.

In
deos
ne licē
tiosi si-
mus in
loquen-
do.

CAPUT XLIII.

Diebus festis & maximè sancto Aduentus tempore magis taciturnitati studens dum esse.

Diebus festis magis tacendum.

Diebus quibus præparamur ad maiores solemnitates.

Quartum tempus est, cùm festi dies aguntur, & lex diuina audienda est; quòd probauimus superiùs cap. 36. num. 1. ex auctoritate D. Hieronymi, quòd idem probatur ex 2. Esd. 8.ii. vbi dicitur. *Lenitæ autem silentium faciebant in omni populo, dicentes: Tacet, quia dies sanctus est.* Quòd licet omnibus Christianis, maximè tamen religiosis notandum erit, vti & sequentia.

Quintùm est, cùm ij dies aguntur, quibus nos ad maiores solemnitates præparare debemus, vt tempore sanctæ quadragesimæ & Aduentus Domini, tam ad Resurrectionem Dominicam, quam Nativitatem magis piè celebrandam. Ad Resurrectionis enim Domini.

cæ commemorationem silentium plurimum conducere docet Zachiarias his verbis capit. 2. 13. *Sileat omnis caro à facie Domini quia con-surrexit de habitaculo sancto suo.* De tempore vero sacri Aduentus est, quod tum fuit tempus pacis, & Psalm. 75. 3. *In pace factus est locus eius.* In silentio autem pacem consistere docuimus capit. 25. num. 1. Clarius vero hac de re dicitur, Sap. 18. 14. *Cum enim quietum silentium contineret omnia & nox in suo cursu medium iter haberet, Omnipotens sermo tuus de cœlo à regalibus sedibus proslinit.* Similes sunt & illi dies festi, istis diebus quibus Deus præparauit hostiam suam, in sacrofaneo missæ sacrificio; per quam sanctificat eos quos sua sanctissima vocatione dignatus est, ut dicit per Sophoniam Prophetam, Soph. 1. 7. *Silete à facie Domini, quia iux-ta est dies Domini, quia preparauit*

Dominus hostiam, sanctificavit vocatos suos. De qua excellentissima & acceptissima hostia est id. Psal. 39. 7. Heb. 10. 5. 9. Hostiam & oblationem noluiſti, scilicet taurorum, hircorum, vitulorum, ut apud Iudeos erant in usu, corpus autem apertasti mihi. Tunc dixi: Ecce venio, ut faciam. Deus voluntatem tuam. In qua voluntate sanctificati sumus, per oblationem corporis Iesu Christi.

CAPUT XLV.

Silendum etiam cum multa dicuntur quae scire videmur, cum tempora mala, & cum audimus blasphemias.

Sextum tempus est, cum multa dicuntur quae etiam scire vide-
mur. Quam doctrinam tradit Ec-
clesiasticus, Eccli. 32. 12. *In multis e-
sto quasi inscius & audi tacens, simul
& querens. Contra eos qui iactan-
tiæ causa & ut scioli videatur mul-
ta effutiunt non habita ratione lo-
ci, temporis, & personarum, qui-*

buscum

buscum sermonem miscent. Vnde statim subiicit Ecclesiast. ibidem vers. 13. *In medio magnorum ne prasumas, & ubi sunt senes non multum loquaris.* Rationem dat Salomon, Eccli. cap. 9. 17. *Verba sapientum audiuntur in siletio, plus quam clamor principis inter stultos.* Huius rei exemplum habemus in Christo Domino, Luc. 2. 46. *Post triduum innenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, & audiensem illos & interrogantem.*

Septimum est, quando tempora sunt mala & vigebunt multa scelera; qua de re sic loquitur Amos 5. 11. 12. 13. *Idcirco pro eo quod diripiebatis pauperem, & pradam electam tollebatis ab eo, domos quadro lapide edificabitis, & non habitabitis in eis: vineas plantabitis amantissimas, & non bibetis vinum earum. Quia cognoui multa scelera vestra, & fortia peccata vestra, hostes iusti acci-*

Quando tempora sunt mala.

pienes munus & pauperes deprimentes in porta, ideo prudens in tempore illo racebit, quia tempus malum est.

cum
dicun-
tur
blas-
phem-
iae.

Octauum tempus est, cum audiuntur blasphemiae, cuius rei exemplum a Iudeis quos iussit Ezechias rex tacere ad blasphemias Rabfaces, Isa. 36. ut supra capit. 37. num. 2. adduximus.

CAPUT XLVI.

Quibus temporibus maximè conueniat tacere religiosos.

Tempo-
rare o-
ratio-
nis.

Nonum tempus omnibus couenit, sed maximè religiosis, orationis scilicet, uti quoq; superius capit. 36. num. 2. ex D. Hieronymo docuimus. Quibus addenda ea quæ ex Cassiano lib. 2. de institutis cœnobitarum cap. 10. adduximus in hanc sententiam capit. 34. num. 1. Vnde & D. Benedictus vult ut oratorium seu locum orationis summo cum silentio exeant, cum inquit cap. 52. regulæ Orato-

rium

rium hoc sit quòd dicitur, nec ibi
quicquam aliud geratur, aut con-
datur. Expleto opere Dei omnes
cum summo silentio exeant & a-
gatur reuerentia Deo: ut frater qui
fortè sibi peculiariter vult orare,
non impediatur alterius improbi-
tate: sed si alter vult sibi secretiùs
orare, simpliciter intret & oret. &c.

Decimum tempus est in labo-
re & opere manuum, commune
tempus omnibus ferè Christianis,
maxime religiosis: Sic enim inquit
D. Paulus 2. Thess. 3. 11. *Audini-
mus enim inter vos, quosdam ambu-
lare inquietè, nihil operantes; sed cu-
riosè agentes. Iis autem qui eiusmo-
di sunt, denunciamus & obsecra-
mus in Domino Iesu Christo, ut cum
silentio operantes panem suum man-
ducent.* Duo hīc sunt notatu
dignissima, primū, ut videant qui-
bus cura aliorum commissa est, ne
habeant homines nihil agentes,

Tempo
pore
laboris
manū

id est, otiosos. Otium enim inter
Sodomorum iniquitates refertur.
cōtra
otiosos Ezech. 16. 49. Ecce hæc fuit iniqui-
tas Sodome sororis tuae, superbia, sa-
curitas panis, & abundantia, & otium
illius & filiarum eius: & manum ege-
no & pauperi non porrigebant. Vnde
Prouerb. 12. 11. Qui operatur terram
suam satiabitur panibus: qui autem
sestatur otium stultissimus est. Cui
respondet id Prou. 28. 19. Qui sestas-
tur otium replebitur egestate. De quo
plura diximus capit. 10. num. 2.
Quod otium aliquando ex ipsorum
Prælatorum culpa prouenit, dum
subditos suos nullis occupant cer-
tis & licitis laboribus, vel scriben-
do, vel aliud agendo. Atq; ita, nec
subditi nec prælati quicquam vti-
litatis inde habent, quin potius dæ-
nationis occasionem, cum dicat
S. Benedictus cap. 2. regulæ. Sciat-
que Abbas culpæ pastoris incum-
bere quicquid in ouibus paterfa-

milias

milias vtilitatis minus potuerit inuenire. Alterum est, quod huiusmodi otiosi in posterum in silentio operari debeant, neque inquiete & curiosè hincinde vagari.

Vndecimum tempus, est tempus pomeridianum, cuius quoque fit mentione apud D. Hieronymum, uti constat suprà ex capit. 36. num. 1.

Tem-
pore
pome-
ridia-
no.

Duodecimum tempus est, post completorium. Tempore enim D. Hieronymi, loco iam citato, in more fuit tacere à fine completo-rij usque ad finem Missæ: & in omnium penè religiosorum cōsortio id seruatur usque ad finem primæ. Hinc D. Benedictus cap. 42. regulæ inquit. Exeuntes à comple-
torio, nulla sit licentia cuiquam loqui aliquid. Quod si inuentus fuerit quisquam prævaricari hanc taciturnitatis regulam, grauiori vindictæ subiaceat, excepto si ne-cessitas hospitum superuenerit, aut

forte

Omni
ferè
tempo-
re &
maxi-
mè no-
cte.

fortè Abbas alicui aliquid iusserit.
Decimumtertium tempus est
cùm cœnobitis, omne ferè tempus
& maximè nocturnum. Hinc D.
Benedictus eodem capite 42. san-
ctissimæ suæ regulæ ita sub initium
capitis inquit, omni tempore silen-
tio studere debent monachi, ma-
ximè tamen nocturnis horis.

QVAM DIV TACEN-
DVM SIT.

CAPVT XLVII.

Traduntur septem potissimum tempora qui-
bus tacendum sit.

PRIMÒ tacebis, quoad benè te-
cum cogitaueris, quid loqui
volueris & verba in mente discus-
seris. Cuius rei exemplum à gallo
gallinacio sumere poteris; qui an-
tequām cantet alas suas tertio ex-
cutit. Verba enim sagittis sunt si-
milia aut globis tormentarijs qui
emissi retrahi nequeunt, quare
priùs rectè collimandum est ad de-

stinatam

stinatam iaculis metam, antequam
emittantur. Vide quæ diximus de
Xenocrate cap. 27. num. 2. vnde id,
Nam nulli tacuisse nocet, nocet eſe locutum.

Et illud.

Et semel emisum volat irrevocabile verbum.

Huic rex quidam Angliæ vt est
in speculo exemplorum distinct.
3. habuit tres filios quorum indo-
lem explorans, quæsiuit, quid da-
ta optione præ omnibus expete-
rent: quorum primus, maior natu
expetiuit fortitudinem; alter pul-
chritudinem, tertius verò omniū-
que minimus collum gruis sibi o-
ptauit, idq; eo fine vt non nisi be-
nè discussa verba promeret. Qui
etiam ob id vti prudentior cæteris,
regium diadema & solium obti-
nuit. Cui haud absimile quòd Chi-
lon Lacædemonius, vnuſ è nu-
mero septem Sapientum dicebat;
non committendum vt linguae
præcurrerent mentem, admonens

*An
gliæ
rex.*

Chilon

priùs

priùs cogitandum quid loquaris, quām lingua prorumpat in verba. Nescit enim vox missa reuerti; cogitatio prior potest corrigi posteriore meliori, ut communi tritoq; fertur prouerbio, Vox non item.

Secundò, quoad bene loqui didiceris. Hinc Eccli. 16. 19. Antequam loquaris disce. Vide plura speriùs capit. 33. num. 3. De Catone Uticensi, & cap. 42. num. 3. de Pambone Abate.

Tertiò, quoad alter responderit. Hinc Prou. 18. 13. Qui respondeat priùs antequā audiat, stultum se esse demonstrat & confusione dignum. Cui adde id Eccli. 11. 8. Priusquā audias ne respondeas verbum.

Quartò, quoad interrogatus fueris ad minus bis, si fueris adolescentis. Hinc Eccli. 32. 10. Adolescens loquere in causa tua vix: si bis interrogatus fueris, babeat caput responsum tuum, in multis esto quasi in-

scius.

scimus. Sic ut legimus in Vitis Patrū,
frater quidam interrogauit senem
quamdiu esset tacendum. Qui re-
spondit. *Visquequò interrogeris.*
In omnibus si tacitus fueris, requié
habebis.

Quintò quoad habueris apud
alios auditum. Vnde Ecclesiastici
32. 6. dicitur. *Vbi auditus non est non*
effundas sermonem, & importunè nolis
extolli in sapientia tua. Et eodem
libro cap. 22. 8. *Qui narrat verbum*
non audiēti, quasi qui excitat dor-
mientem de graui somno. Alioqui vt
est ibidem vers. 6. vt *Musica in lu-*
cta importuna narratio, sic si cùm a-
lij non attendunt, loquamur. Vn-
de & D. Paulus tam in Synagoga
Actor. 13. 16. quām tempore tu-
multus in gradibus castrī manu pe-
tiuit silentium, Actor. 21. 40.

Sextò, multi ad multos annos
id seruarunt, sicut diximus de D.
Paulo simplici, qui per triennium

id seruauit suprà cap. 33. vers. 3. vt
& de totidem annis de Abbatे A-
gathone cap. 34. num. 5. Per septē-
nium quoq; aliquos seruasse in ere-
mo silentium, docet D. Hierony-
mus lib. ad Eustochium de institu-
tione sanctorum virginum , qui
prorsus nullum verbum ulli ho-
minū dixerāt; scientes, inquit, quòd
in multiloquio Dominus haberi
non possit. Totidem, septem scili-
cet annis, Romoaldus Abbas, Or-
dinis Camaldulensis auctor, teste
Domino Laurentio Surio, silentiū
seruauit , dum montem solitarius
incoleret. Quo septenni silentio
intelligentiam Psalmorum meruit
percipere. Quos cùm argutè & e-
leganter exponeret dicere vide-
batur. *Dedit mihi Dominus linguam*
mercedem meam, & in ipsa laudabo
eum. Qui post hæc miraculis cla-
ruit, vt pro eo qui Dei amore tot
annis tacuerat, signa loquerentur.

Tri-

Triginta quoq; annis Theonem
Abbatem in cellula clausum silen-
tij habuisse obseruantiam & con-
tinentiam docet Palladius Histor.
50. Qui non minus quām præce-
dens miraculis illustris fuit, nem-
nem enim ægrum à se dimisit qui
curationis gratia eum accessisset.
Et ne defint exempla Gentilium
considera quinquennium silentij
discipulorum Pythagore, de quo
egimus cap. 33. num. 3.

Septimò, huc referendi ij qui
nunquam toto vitæ tempore in
cœnobijs leges taciturnitatis præ-
terierunt, vt videre est de Radul-
pho Ordinis D. Benedicti in mo-
nasterio Affligniensi, de quo egi-
mus cap. 24. 2. De quodam etiam
fratre Ordinis Cisterciensis, de
quo fuit mentio capit. 34. num. 6.

De milite etiam qui factus cœ-
nobita capit. 26. num.

primò.

*Qui
nun-
quam
locuti.*

QVO IN LOCO TACEN.
DVM ET SILENDVM.

CAPVT XLVIII.

*Silentium in cœnobij, Ecclesijs, aut templis,
dormitorio, & cœnaculo, & clau-
stro seruandum.*

*cœnob-
bium
silentij
locus.*
Primò, optimus locus silentij
est cœnobium, quantum enim
silentium seruatum sit in monaste-
rio Talennensi & in Aegypti mo-
nasterij, docuimus superiùs capit.
34. num. 1 de quibus locis, & simili-
bus dici meritò potest id, Ier. 8.14.
Quare sedemus? conuenite & ingre-
diamur ciuitatem munitam, & silea-
muis ibi. Quia Dominus Deus noster
silere nos fecit, & potum dedit nobis a-
quam fellis: peccauimus enim Domi-
no. Aquam fellis & amaritudinis
potum habent, qui cum Ezechia
dicunt. Isa. 38. 15. Recogitabo tibi o-
mnes annos meos in amaritudine ani-
ma mea. Et cum Dauide Psalm. 101.
10. Cinerem tanquam panem man-

ducabam,

ducabam, & potum meum cum fletu
miscebam, à facie ira & indignationis
tua. Quòd facere debent boni re-
ligiosi in cellis suis.

Secundò, in templo, Ecclesia ^{Temp}
& choro, in quo in sacra scriptura ^{plum}
iubentur in primis tacere mulieres ^{quoq;}
I. Cor. 14. 34. 35. 36. I. Tim. 22. II.
vt suprà docuimus cap. 35. num. I.
Et religiosi vt cap. 46. num. I. De-
mum omnis terra. Hinc Habac. 2.
20. Dominus in templo sancto suo, si-
leat à facie eius omnis terra, & ma-
xime os hæreticorum, qui negant
eum ibi esse in sanctissimo sacra-
mento, & vt adoretur, cùm D.
Paulus Heb. I. 5. Christi Domini
mentionem faciens & de cœlesti
eius patre loquens, dicat, *Ego ero il-
li in Patrem & ipse erit mihi in fi-
lium.* Et cùm iterum introducit pri-
mogenitū in orbem terre, dicit. Psal.
96. 8. *Et adorant eum omnes angelis
argeli Dei.* Vide etiam quæ ex Cas.

siano adduximus capit. 34. num. 1.

*In cœp.
lo.* Tertiò, huc refertur quòd in cœlo cùm Apoc. 8. 1. angelus aperuit set septimum sigillum, factum sit silentium per mediæ horæ spaciūm.

Quartò, ex sententia D. Hieronymi in dormitorio, cœnaculo, & clauistro monasterij, vt ostendimus capit. 36. num. 1. ex eodem doctore.

CAPVT XLIX.

*In mensa, conuiuijs publicis, & medio senum,
& infensatorum habendam taciturnitatis rationem.*

*Lector
mensæ* **Q**uintò, in mensa id seruandū, cuius & mentio fit apud D. Hieronymum, in loco citato. Cui adde D. Benedictum in cap. 38. regulæ suæ, cùm enim ostendisset lectionem sacram mensæ adhibendam à lectore, inquit. Sumumq; fiat silentium ad mensam, & nullius mussitatio, vel vox nisi

folius

solius legentis ibi audiatur. Quām
rigidē verò hoc ante mille ducen-
tos & ampliūs annos in primitiuis
cœnobitis obseruatum sit: Sic tra-
dit Cassianus libr. 4. de institutis
renunciantium cap. 17. toto, cùm
inquit. Illud autem ut reficienti-
bus fratribus sacræ lectiones in cœ-
nobijs recitentur, non de typō Ae-
gyptiorum processisse, sed de Cap-
padocum nouerimus. Quos nulli
dubium est non tam spiritualis ex-
ercitationis cauſa, quām compen-
ſendæ superfluæ, otiosæq; confa-
bulationis gratia, & maximè con-
tentionum, quæ plerumq; solent
in conuiuijs generari, hoc statue-
re voluisse: videntes eas aliter a-
pud se cohiberi non posse. Apud
Aegyptios enim, vel maximè Ta-
bennēsiotas, tantūm silentium ab
omnibus exhibetur, ut cùm in v-
num tanta numerositas fratum
refectionis obtentu confederit,

cappa-
docum
& Ae-
gyptio-
rum si-
lentiū
in mē-
sa.

*Asper-
etius in
mēsa,
custo-
dia.*

nullus nec mutire quidem audeat, præter eum qui suæ Decaniæ præ-
est. Qui tamen, si quid mensæ su-
perinferri vel auferri necessarium
esse peruiderit, sonitu potius quām
voce significat, tantaq; vescenti-
bus eis silentij huius disciplina ser-
uatur, vt cucullis vltrā oculorum
palpebras demissis, ne scilicet liber
aspectus eorum habeat copiam e-
uagandi & nihil amplius intueātur
quām mensam, & appositos in ea
vel quos ex ea capiunt cibos; ita vt
quemadmodum, vēl quantum re-
ficiat aliis, nullus inuicem notet.

Quām rectissimè verò institutū
fuisse silentium tēpore mensæ ex-
stimandum erit. Lingua enim quæ
omni tempore ad loquēdum pro-
na est, facile ad peccatum labitur,
maiori tamen & facillitate & peri-
culo illi laxantur habenæ, vbi per
crapulam inflammata fuerit. Hinc
& Chilon Lacenicus dicere solitus

teste

teste Paulo Manutio lib. 2. Apoph. linguā cūm aliās semper tūm præcipuē in conuiuijs continendam, eo quōd illic cibus & potus inuitet ad temperantiam. Et vbi plus est periculi, ibi maior est adhibenda cautio.

Sextum hīs accedit silentium in conuiuijs, in quibus id communis fertur proverbio. In principio silentium; in medio stridor dentium; in fine clamor gentium. Verūm id non acceptum à Philosophis Christianis, sed gentium. Huius rei exemplum adduximus suprà cap. 27. num. 2. de Xenocrate, cui adde Lycurgum qui teste Plutarcho in moralibus, legem statuit apud Lacédemonios, vt publicæ conuiuia ingrediētes qui natu erat maximus singulis ostenderet fores, dicens: per has nullus ingredietur sermo, admonens temporis lociq; rationem in loquendo seruandam. Ze-

In cō-
uiuijs.

Zeno
Cito
tiæus.

no quoq; Cittæus Ptolomæi legatis percunctantibus quid de illo regi renunciarent, ait: vidisse vos sené qui in conuiuio tacere nouit. Hinc Archidamidas cuidā qui vitio vertebat Hæcatæo Rhetori, quòd adhibitus ad illorum conuiuium nihil dixisset. Videris, inquit, mihi nescire, quòd is qui dicendi nouit artem, etiam dicendi norit opportunitatem. Nam certe coram tremulentis maior i laude filet eruditus quām loquitur. Sic periti belatoris est non minus scire fugiendi artem quām pugnandi.

Septimus locus est, confessus seniorum: in quo tacendum maximè iunioribus, de quo Eccli. 7. 15. ita inquit. *Noli verbosus esse in multitudine præbyterorum.* Et cap. II. 8. *Primum audias, ne respondeas verbum, & in medio seniorum ne adicias loqui.*

Octauus locus est in medio in-

sensa-

sensatorum. Vnde Ecclesiastici 27.
13. *In medio insensatorum serua verbum temporis, in medio autem cogitantium, assidus esto. A quo non discrepat illud Ecclesiastici 22. 14.*
Cum stulto ne multum loquaris, & cum insensato ne abieris.

Nonò, in omni loco silentium seruandum, ut patet ex capit. 47. num. 4. Ac proinde videndum est ne in posterum notemur ab Amos Propheta in omni loco violati silentij, cùm inquit: cap. 8. 3. *Multi morientur, in omni loco proiecetur silentium.*

TRADVNTVR QVATVOR-
DECIM MEDIA QVIBVS
taciturnitas acquiri possit.

CAPUT L.

1. *Consideratione difficultatis eius.* 2. *Cogitatio huius medij referenda ad Dominum.*
3. *Deus pro eo inuocandus.*

Hoc postremum est in ratione

taciturnitas

Media
taci-
turni-
tatis.

taciturnitatis seruandum, ut media certa inueniamus, quibus dicta omnia vel mala vitemus, vel bona assequamur.

Vbi primò occurrit consideratio difficultatis refrenandę lingue; difficilia autem qua pulchra. De qua difficultate loquitur Ecclesiasticus cap. 22. 33. *Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum, & non cadam ab ipsis, & lingua mea non perdat me.* Clariùs verò D. Iacobus ea de re agit cap. 3. 8. dicens. *Linguam nullus hominum domare potest.*

Secundùm est, vt cùm homini hoc sit impossibile, cogitemus quis ergò linguam nostram naturæ vitiatio tam insolentem, refrenare possit. Nam hīc locum habet id, quòd Saluator de diuite difficillimè salvando, Matth. 19. 26. dixit. *Apud homines hoc impossibile est, apud Deū autem omnia possilia sunt.* Quare

in tam fera & indomita bestia considerandum id. Prou. 16. 1. *Hominis est preparare animam, & Domini gubernare linguam.* Et Sophoniæ 3. 9. Electum labium dabit Dominus.

Tertiò ergò sincera & simpli-
ci mente ad Deum confugiendum,
qui ardentissimis precibus oran-
dus pro hoc aureo & electo labio.
Et in primis cum tota Ecclesia, ita
dicat. Linguam refrenans tempe-
ret, ne litis horror infonet. Et cum
Dauide, Psalm. 140. 3. *Pone Domi-
ne custodiam ori meo, & ostium cir-
cumstantia labijs meis.* Non declines
cor meum in verba malitiae, ad excu-
sandas excusationes in peccatis. Et
quia ea in re vita animæ consistit,
dicendum cum Psalm. 24. 20. *Cu-
stodi animam meam, & erue me: non
erubescam, quoniam sperauis in te.* Et
Psalm. 85. 2. *Custodi animam meam
quoniam sanctus sum.*

Potest
Deus,
qui o-
rare
dus.

CAPVT LI.

Duo alia media, vt ostium adhibeamus ori
nostro, & omnes actiones ad vias
Domini dirigamus.

Ostiū
ori
adhi-
bendū

Quartum ergo sit, vt non tantum
Deum inuocemus, sed nos ipsi ostium adhibeamus ori
nostro iuxta consilium Eccli. 28.
28. Sepi aures tuas spinis, & linguam
nequam noli audire, & ori tuo facito
ostia, & seras auribus tuis. Nam vt
alias diximus, Christum vt signa-
culum ponendum super os nostru,
ita hic dicimus ostium oris nostri
debere esse Christum Dominum:
ipse enim dicit, Ioan. 10. 9. *Ego sum
ostium.* Ac proinde reddas tibi fa-
miliarem Spiritum sanctum, qui
ibidem vers. 1. & 3. est ostiarius,
qui Sap. 10. 21. aperit os mutorum,
& linguas infantium facit difertas.
Ostia autem nostra Dominus vult
occludi hoc maximè indignationis
tempore, vt monet, Isa. 26. 20. 21.

Pade

Vade popule meus, intra in cubicula tua, clade ostia tua super te, abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio. Ecce enim Dominus egreditur de loco suo, ut visiter iniquitatem habitatoris terrae contra eum, & reuelabit terra sanguinem suum, & non operiet ultra inperfectos suos. Quibus rationibus quamplurimi permoti cenobijs & claustris religiosis se se abdiderunt, & arctissimam salutis viam ingressi, siluerunt. Quos si aliquando e celulis suis egredi contigerit, videbis uti apes ex florib', sic eos ex ijs rebus quas cōspexerint tantum dulcia diuinorum beneficiorum mella colligere, & quam concitatissimo volatu ad aluearia cōtendere, ne gratissima illa vis mellis euanscat, aut pereat; quicquid vero collegerint, cellis suis recondere, quod se facilius hyemis tempore pascere queant.

Quintum est, eo contendere

Boni
religio
si ut
apes.

Vitam
rectā
agere,

vt vitam ducamus omnibus numeris absolutissimam, & actionibus nostris eō toti feramur ut sanctissima Dei præcepta seruemus, & vias nostras ad eius diuina manda ta accommodemus, ut verè cum Davide dicamus, Psalm. 38. 2. *Dixi: Custodiam vias meas: ut non delinquam in lingua mea.* Idq; ad exemplum Pambonis. Abbatis, de quo cap. 42. num. 3.

CAPUT LII.

Adducuntur duo exempla, alterum à Christi persona sumptum, alterum ab aquarum & riuolorum obstructione & collectione.

*Ad Christi Domini exemplum confugere ad exē-
empū confi- spice & fac secundum exemplar quod
gere. tibi in monte monstratum est. Hoc
est illud exemplum Christi Domini patientis. Vnde inchoans pas-*

sionem

sionem ab humilitate, inquit, Ioan. 13. 15. *Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis.* Cuius quoque exempli D. Petrus, 1. Pet. 2. 21. 22. faciens mentionem, ita scribit. *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius, qui peccatum non fecit, nec dolus inveniatur est in ore eius.* Quale autem exemplum prebuit silentij, primò patet in dicto loco, quod peccatum non fecit: ergo nec in lingua peccauit, per linguam enim nos peccare, multis capitibus à cap. tertio ad 20. superius ostendimus. Secundò, non est inuentus dolus in ore eius, ut hic dicitur, & Isai. 53. 9. Tertio, quia ad falsa testimonia conticuit. Matth. 26. 60. 61. 62. 63. *Cum multi falsi testes accessissent, nonnissime autem venerunt duo falsi testes, et dixerunt. Hic dixit: possum destruere templum Dei, et post triduum*

Custo-
dia
oris
Chri-
sti.

readificare illud. Et surgens princeps sacerdotum, ait illi. Nihil respondes ad ea, quæ isti aduersum te testificantur? Iesus autem tacebat. Similia Marc. 14. 61. Sic Pilato interroganti. Ioan. 19. 9. 10. Unde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Dixit ergo ei Pilatus: mibi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Vide plura cap. infra, 37. n. 1. & cap. 54. num. 13.

Ex cel-
le filio-
ne for-
tium
aut a-
quarū.

Septimum medium est, exemplum capere ex collectione fontium & aquarum, quæ obiectis repagulis, & quasi ostijs colliguntur. Quod pulchre docet Smaragdus sic scribens in caput quartum regulæ S. Benedicti. Humana etenim mens aquæ more, & circumclusa ad superiora colligitur, quia illud repetit unde descendit, & relaxata deperit, quia se per infima inutiliter spargit. Quot enim su-

per

per se vacuis verbis à silentij sui cē-
sura dissipatur, quasi tot riuis extra
se ducitur. Vnde & redire interius
ad sui cognitionem non sufficit,
quia per multiloquium sparsa, à se-
creto se intimæ cōsiderationis ex-
cludit. Hæc ille. & rectè quidem.
Religiosus enim & perfectus Chri-
stianus nihil aliud agit quām vt flu-
mina colligat aquæ viue, quæ de vē-
tre eius fluunt, qui in Christum cre-
dit, iuxta id dictū Christi saluato-
ris, Ioan. 7.39. *Qui credit in me flu-
mina de ventre eius fluent aquæ viue:
hoc autem dixit de Spiritu, quæ acce-
pturi erant credentes in eū. Signa au-
tem magnæ fidei sunt ea quæ exer-
cent religiosi, quæq; à D. Paulo ca-
ui. epistolæ ad Hebræos collecta
sunt, sicut v. 4. offerre plurimam
hostiā cum Abel, v. 5. Placere Do-
mino cum Henoch. Et v. 7. cū Noë
aptare arcā in salutem domus suæ,
tam corporis, quām animæ, ver. 8.*

Reli-
giosus
coll. i.
git flu-
mina
aqua
viue.

Signa
ma-
gnæ fi-
dei ho-
minis
religio-
si.

Cum Abraham exire de cognatione sua & in terra aliena in casulis habitare & exspectare. Fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus. Demum illa fide vers. 37. primi religiosi, alij ludibria, & verbera experti, insuper & vincula, & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occidente gladij. Ut in ordine nostro ex primis D. Benedicti discipulis S. Placidus Abbas, cum triginta monachis circa annum Domini 532. à Piratis sub Duce Mamucha martyrio affectus fuit. Mortui sunt, circumserunt in melotis, in pellibus caprinis, engentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis & in cauernis terra. Vide quanta flumina aquæ viuæ à tam sanctis patribus collectæ, quæ omnia obiecto silentij repagulo conseruantur, ut fluminis Spiritus sancti impetus

S. Pla-
cidus
proto-
mara-

177
Gentes
dicitur
narum

petus, Psalm. 45. 5. lătificet ciuitatem DEI , qui per loquacitatem multorum Christianorum aliâs facile dilabitur.

C A P V T . L I I I .

Adduntur tria alia media , vnum ex similitudine balnei, alterum freni, & tum ut quis cogitet se indignum ut loquatur.

Octauum medium est, considerare qua ratione balneorum calor conseruetur. Nulla id enim ratione meliori fieri potest, quam si ianua benè claudatur, ne calor ad exteriora sese recipiat. Cor nostrum balneum est feruentissimum, uti fuit cor Ioseph Patriarchæ de quo Psalm. 104. 19. *Eloquium Domini inflammat eum, misit rex, & soluit eum.* Et Davidis, Psalm. 72. 21. cum inquit. *Quia inflammatum est cor meum.* Sic duo discipuli in Emaus dicunt, Luc. 24. 32. *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loquetur nobis in via, & aperiret nobis scri-*

*Exca-
lore
balnei*

pturas. Vnde Didochus de perfectione spirituali cap. 70. ita scribit. Sicut ianua balnei si crebrò aperiatur citò calorem eius extrudit; sic anima cùm multa loqui vult, quāuis valdè pulchra sint, omnia memoria sui per vocale ostium distrahit ac deturbat.

vti
freno
et
stera-

Nonum est, ut eo medio & consilio, quòd de freno & statera ori nostro adaptandis censuit Ecclesiasticus, cùm cap. 28. 29. sic inquit. *Verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos.* Plura hac de rediximus notatu digna superiùs capite 23. num. 2.

vt
quis iu-
dicet
se in-
dignū
qui lo-
quatur

Decimum est, ut quis se iudicet indignum qui loquatur. Sic ut est in Vitis Patrum D. Anthonius discipulo suo solebat dicere. Si affectaueris silentium non arbitreris te exercere virtutem, sed indignū te præloqui confitere. Sic cum tāta animi demissione Abrahā ad Do-

minum

minum Gen. 18. 31. dicit. *Quia se-
mel, ait, cœpi, loquar ad Dominum
meum cùm sūc ciniſ & puluis.*

CAPUT LIII.

*A*lia media, ut attendat quis sapientiæ & pru-
dentiæ, & nouissimis, & doctrine, & quòd
ex linguae fructibus satiabitur, adhibeo e-
tiam exemplo anseris aut gruis.

VNdecimum medium est, ut
attendant sapientiæ & pruden-
tiæ & nouissimis, quòd labia disci-
plinam conseruent, iuxta id Prou.
s. 1. 2. 3. 4. 5. *Fili mi, attende ad sa-
pientiam meam, & prudentiam meam in-
clina aurem tuam, ut custodias cogi-
tationes, & disciplinam labia tua con-
seruent: fauus enim distillas labia me-
retricis, & nitidius oleo guttur eius, no-
uissima autē illius amara quasi absyn-
thiū, & acuta quasi gladius biceps. Pe-
des eius descendunt in morte, & ad infe-
ros gressus eius penetrant. Hic si quis
hēc duo nouissima benē cōsideret,
& addat tertium, diē scilicet iudicij,
quo de oīi verbo otioso reddēda*

Atten-
dat sas-
pietiæ
& pru-
dentiæ

Atten-
dat no-
uissi-
ma.

erit ratio. Matth. 12. 36. is facilis negotio linguam suam compescere. Hinc David in Psalm. 76. ubi quasi fundamentum est exercitiorum spiritualium, quae religiosis olim usitatissima & multis causa vita in melius mutatae fuerunt. Vers. 5. inquit. *Anticipauerunt vigilias oculi mei, turbatus sum & non sum locutus. Cogitavi dies antiquos: & annos aeternos in mente habui. Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar & scopebam spiritum meum.*

Duodecimum est, doctrinæ attendere. Vnde Eccli. 23. 7. dicitur. *Doctrinam oris audite filij, & qui custodierit illam, non periret labijs, sed nec scandalizabitur in operibus nequissimis.* Ergo talis & ab introitu & a scando liber erit, neq; timebit ne mola asinaria in collum eius suspendatur & demergatur in profundum maris, quod Matth. 18. 6. ijs qui scandalum præbuerit vni ex

puillis

pusillis qui in Christum credunt,
expedit.

Decimumtertium erit, considerare incontinentis linguae incommoda septuaginta octo, quæ à capite 3. ad 20. tradidimus, & vice versa apud se sæpius expendere quinquaginta duo encomia & frumentus silentij, quos tradidimus à capite 20. ad 33. & id Salomonis, Proverb. 18. 20. sæpius in mentem reuocare. *De fructu oris viri repleteatur venter eius, & genimina labiorum ipsius saturabunt eum.* Et cap. 24. 26. *Labia deosculabitur, qui recta verba responderet.*

Decimumquartum medium est, intueri exemplum non tantum rationalium, ut Agathonis Abbatis, de quo diximus cap. 34. num. 5. quod per triennium lapidem in ore gestauerit: sed etiam irrationalium, ut anseris vel gruis: de quibus ita scribit Ioannes Pierius

consideratio incommodorum & commodorum.

considerare irrationalia anima libia.

Anser Grus.

libro 24. Hieroglyphicorum. Fuit
hoc ab Aegyptijs obseruatum, vt
silentium in tempore seruatum,
per anserem qui lapillum rostro
apprehenderit, significaretur. A-
uis enim hæc quæ clamore gra-
uiter obstreperi ferè semper clä-
git, vt etiam inter pacendum
silere nequeat, exemplo est huma-
no generi taciturnitatis, etiam ubi
res exigit, obseruandæ, quippe
quæ salutem suam alto interdum
silentio tueri soleat. Illę siquidem,
vt Ammianus autor est ab Orien-
tali; calore inualesce, in Occi-
duam plagam transmeare consue-
uerunt, cumq; Taurum montem
aquilis abundantem penetrare ce-
perint, fortissimarum volucrum
vim pertimescentes, rostra sua
lapillis occludunt, ne nullus vel
extrema necessitate clangor eli-
ci possit: ijsdemq; collibus agi-

liore

liore volatu trans cursis, tutum
iam iter nactæ, calculos proj-
ciunt. Neque me præterit, eru-
ditissimum virum de disciplinis
omnibus & politioribus etiam li-
teris optimè meritum, hæc quæ
Ammianus de anseribus scribit,
gruum esse, asseuerare, quod a-
lij viderint. Res hæc mihi sugge-
rit in memoriam non imprudens
Aristotelis consilium, quod Cal-
listheni sectatori & propinquo suo
dedit. Cùm eum ad Regem A-
lexandrum mitteret; admonuit
enim hominem, ut quam rarissi-
mè, & id iucundè, apud eum lo-
queretur, qui vitæ potestatem &
necis in arcæ linguae gestaret. Hæc
ille. Lapis ergo qui nobis in os
sumendus est, dum hoc iter velo-
ci cursu peragimus ne rapacibus cœ-
li volucribus in escam cedamus,
est Christus Dominus, qui lapis in

Callis
sthe-
nes
quomo-
do se
erga
Ales-
xan-
drum
habere
deo
beat.

sacris scripturis dicitur, Psalm. 117.
22. Isa. 8. 14. Daniel. 2. 34. 35. 45.
Matth. 21. 42. Marc. 12. 10. Luc.
20. 17. Actor. 4. 11. Rom. 9. 32. 33.
Eph. 2. 20. Hic est lapis de quo di-
ctum Isa. 28. 16. *Ecce ego mittam in*
fundamentis Sion lapidem probatum,
angularem, pretiosum, in fundamen-
to fundatum: qui crediderit, non fer-
stinet, etiam in loquendo. Quæ
verba quoq; citat D. Petrus, 1. Pe-
tri. 2. 6. Qui ibidem ver. 4. & 5. vo-
cacat Christum. Lapidem viuum ab
hominibus quidem reprobatum, à Deo
autem electum, & honorificatum.
Hunc lapidem in os sumimus cum
taciturnitatis eius exemplo, de quo
egimus cap. 52. insistimus.

DE RECTO USU
LINGVÆ.

CAPUT LV.

Ostendit non omnibus semper tacendum esse,
idq; docetur exemplo cuiusdam in
discreti religiosi.

Sicut

Sicut libro primo capite 41. do-
cuimus non omni tempore lo-
quendum esse, nunc aliquibus lo-
quendum esse ostendemus. Nam
ut tum dictū ex Ecclesiastis cap. 3.
vers. 7. *Est tempus tacendi, & tem-
pus loquendi.* Et Ecclesiasticus cap.
20. vers. 6. *Est tacens non habens
sensum loquela, & est tacens sciens
tempus apud temporis.* Et vers. 7. Ho-
mo sapiens racebit usq; ad tempus:
lascivus autem, & imprudens non
seruabit tempus. Quod & ex eo ha-
bemus, quod quæ Deus creauit bo-
na sunt. Vnde Gen. 1. 31. *Viditq;
Deus cuncta quæ fecerat, & erant val-
dè bona.* De ore ergò ipse Dominus
ad Moysen, mittendū in Aegyptū
ad redimendos filios Israël, & præ-
tēdētem quod impeditoris & tar-
dioris esset linguae, inquit. Exod.
4. 11. 12. *Quis fecit os hominis? aut
quis fabricatus est mutum & surdum,
videntē & cæcum? nonne ego? perge*

Non
omni
tempo
pore
tacens
dum.

os &
linguā
crea-
uit Do-
minus.

igitur,

Contra
sciolos

igitur, & ego ero in ore tuo: doceboq; te quid loquaris. Arguuntur hoc loco scioli, & loquaculi, qui vbi vix dum sacras literas à limine salutarunt statim sese proteruè non tatum offerunt; sed ad concionandum, sine ullo diuino præsidio ingrerunt. Non talis Moyses qui diligenter secum dispiciebat quanti muneris esset diuina pro Deo legatione ad filios Israël fungi, & quod Psalm. 40. 16. Peccatori dixit Deus: Quare tu enarras iusticias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisce disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum, &c. Adhæc cogitandum quod in oris medio Deus creauerit linguam. Eccli. cap. 17. ver. 5. de Adamo loquens, inquit. Creauit ex ipso adiutorium simile sibi consilium, & linguam, & oculos, & aures, & cor dedid illis excogitandi, & disciplina intellectus repleuit illos. Hoc itaque o-

re

re & lingua scilicet rectè vti, maxime profectò artis fuerit. Nam vt est Proverbior. 15. 11. *Mala aurea in lectis argenteis qui loquitur verbum in tempore suo.* Proverbior. 17. 27. *Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est.* Mutorum quoq; erit aperta lingua, tempore Christi. vt docet Isaias Propheta 35. 6. Et licet hoc prò dolor seculo potius egeamus fræno quā linguæ licentia, quia tamen nulla res est a deo sacra cui fraus Cacodemonis se non insinuet, dicam quām magno periculo, quidam fratrum minorū insidijs diaboli in pertinaci silētio illusus sit, de quo sic scribitur in speculo S. Francisci. Cuidam ex fratribus perpetuum silentiū seruanti, Pater Franciscus vt semel tantū in hebdomada cōfessionē ficeret, persuadere nō potuit, & ille sibi de se magis quā præposito suo credens, excidit à Sanctorū

Pertin
nax si
lentiū
cuius f
dam
reliz
giofi.

collegio & ad vomitum est versus.
Primūm irrationabile erat , tam
obnixo obstinatoq; animo tacere.
vt confiteri nollet, quasi qui ni-
hil vnquam delinquisset; deinde ar-
rogans ac superbus maiorum vo-
luntati suam præponere, cùm Do-
minus, i. Reg. 15. 22. obedientiam
velit, & non sacrificium aut vici-
mas. Et Luc. 9. 23. *Qui vult venire
post me, abneget semetipsum.* Profe-
ctò qui obedire negligit , subiici
deditatur, & qui subiici dedita-
tur, superbit; & qui superbit, nun-
quam proficiet. Igitur ipsum quo-
que oris silentium semper mentis
humilitate niti debet vt obserua-
tori suo prodesse possit. Hæc ibi.
Quæ conueniunt cum eo , quòd o-
bedientia sacrificijs & victimis præ-
fertur , vnde Samuel, i. Reg. 15. 22.
ad Saul regē inquit. *Nunquid vult
Dominus holocausta & victimas , &
non potius ut obediatur voci Domi-*

ni?

ni? Melior est enim obedientia,
quam victimæ, & auscultare magis
quam offerre adipem arietum; quo-
niam quasi peccatum ariolandi est,
repugnare: & quasi scelus idololatriæ
nolle acquiescere.

QVI LOQVI DEBEANT.

CAPUT LVI.

Loqui debet Deus, Sancti, maiores natu,
Episcopi Ecclesie.

Primò Deus loqui debet. Hinc
Isa. 42. 14. dicit Dominus. Ta-
cui semper, silens, patiens fui, ut par-
turiens loquar: dissipabo, & absorbe-
bo simul. Et Dauid; Psal. 2. 5. Tunc
loquetur ad eos in ira sua, & in furore
suo turbabit eos. Quo spectat & id
Isai. 62. 1. Propter Sion non tacebo.
Et propter Ierusalem non quiescans,
donec egrediatur ut splendor iustus
eius, & saluator eius ut lampas accen-
datur. Psalm. 82. 2. Ne taceas neq;
compescaris Deus. Quoniam inimici
tui sonuerunt, & qui oderunt te ex-

Deo
conues-
nit los
qui.

tulerunt

tulerunt caput, super populum tuum
malignauerunt consilium, & cogita-
uerunt aduersus sanctos tuos, &c. Et
Dominus de se inquit, Isa. 65. 6.
*Ecce scriptum est coram me: non ta-
cebo, sed reddam & retribuam in sinu
eorum iniquitates vestras, & iniqui-
tates patrum vestrorum simul,* dicit
Dominus. Imò orandus Deus cum
Dauide, ne sileat, cùm inquit, Psal.
27. 1. *Ad te Domine clamabo, Des-
meus, ne sileas à me: ne quando taceas
à me, & assimilabor descentibus in-
lacum.*

Sæctis
Dei
conuca-
nit lo-
qui,
maxi-
mè cù
Deo.

Secundò, Sanctis Dei. Vnde
capit. 62. Isai. vers. 6. Qui remini-
scimini Domini, ne taceatis, & ne de-
ris silentium ei, donec stabilitat, & do-
nec ponat Ierusalem laudem in terra.
Hinc os nostrum debet, Psalm. 50.
7. annunciare laudem Dei, & Psal.
70. 8. repleri laude Dei, quæ Psal.
33. 2. debet semper esse in ore no-
stro, & annunciare iustitiam Dei.

Psalm.

Psalm. 70. 15. & os nostrum, Psal. 62. 6. labijs exultationis laudare eum, & Psalm. 144. 21. laudationem Domini loqui. Et v. 5. gloriā sanctitatis suæ, & vers. 11. potentias Dei, & Psalm. 118. 13. labijs nostris pronūtiare omnia iuditia oris Domini, & Psalm. 70. 23. 24. lingua nostra meditari iustitiam Dei, & Psalm. 34. 27. 28. iustitiam & laudem. Demum omnes vno ore honorificare Deum. Rom. 15. 6. Et, quia Rom. 10. 10. *Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem,* debemus cum Dauide, Psalm. 118. 30. Domino nimis confiteri in ore nostro, & iuxta Oseam Prophetam, Ose. 14. 3. ablata iniquitate labiorum vitulos Deo reddere, & secundūm præceptum Diui Pauli, Heb. 13. 15. Fructum labiorum, id est, laudem, debemus Deo offerre, atq; ita dicere cum Dauide, Psalm. 70. 23. *Exultabunt labia*

mea quam redemisti; sed & lingua
mea tota die meditabitur iustitiam
tuam: cum confusi & reueriti fuerint,
qui querunt mala mibi.

Maiores
ribus
natu.

Tertio, maiores natu. Vnde
Ecclesiastici 32. 4. Loquere maior
natu, decet enim te primum verbum
diligentis scientiam. Ibidem cap. 9.
24. In manu artificum opera lauda-
buntur, & princeps populi in sapien-
tia sermonis sui: in sensu vero sentio-
rum, verbum.

Episcopis.

Quarto, hoc maximè referun-
tur Episcopi Ecclesiæ. De illis e-
nim dicitur, Eccli. 15. 5. In medio
Ecclesiæ aperiet os eius. Et id Psalm.
18. 4. Non sunt loquela neque sermones,
quorum non audiantur voces eorum.
In omnem terram exiuit sonus eorum,
& in fines orbis terræ verba eorum.
Hinc instruens D. Paulus discipu-
lum suum Timotheum Ephesio-
rum Episcopum, licet ætate iunio-
rem, inquit, 1. Tim. 4. 12. Nemo ado-

olescens

lescentiam contemnat: sed exemplum
estō fidelium in verbo, in conuersatio-
ne, in charitate, in fide, in castitate.
Dignæ Episcopo partes. Et rursus,
cū graui attestatione numinis di-
uini inquit, 2. Tim. 4. 1. *T*estificor
coram Deo, & Iesu Christo, qui iudi-
caturus est viuos & mortuos, per ad-
uentum ipsius, & regnum eius, prædi-
ca verbum, in sta opportuñè, importu-
nè: argue, obsecra, increpa in omni
patientia & doctrina. Erit enim tem-
pus, cūm sanam doctrinam non susti-
nebunt, sed ad sua desideria coacer-
uabunt sibi magistros, pruriētes auri-
bus, & à veritate quidem auditum a-
uertent, ad fabulas autem conuerten-
tur. Tu verò vigila, in omnibus labo-
ra, opus fac Euangelistæ, ministerium
tuum imple, sobrius estō.

CAPUT LVII.

Loqui debent Prophetæ, & concionatores, Apos-
toli, & prelati, & quibus incumbit proximo-
rū cura, & licet quoq; id mulieribus.

Prophetæ
& con-
ciona-
tores
loquā-
tur.

Quintò, huc spectant Prophætæ & concionatores, quibus dicitur id, Isa. 58. 1. *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.* Cùm Ieremias Propheta prætendens pueritiam, assereret se nō posse loqui, inquit Dominus, Ier. 1. 7. *Noli dicere: puer sum: quoniam ad omnia quæmittā te, ibis: uniuersa quacunq; mandauero tibi, loquēris.* Et ver. 10. *Ecce dedi verbā meā in ore tuo: ecce constitui te hodie super gentes, & super regna: ut euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & edifices, & planes.* Nec minori autoritate vult ut loquatur Ezechiel, nam Ezech. 23. sic ad illum inquit, dans etiam illi librum, in quo lamentationes, & carmen, & vœ scripta, deuorādum. *Fili hominis, mitto ego te ad filios Israël, ad gentes apostatrices, quæ recesserunt a me: ipsi & patres eorum*

præmaricati

prævaricati sunt pactum meum usq;₃
ad diem hunc. Et filij dura facie, & in-
domabili corde sunt, ad quos ego mitto
te: & dices ad eos: Hac dicit Dominus
Deus: Si forte vel ipsi audiant, &
si forte quiescant, quoniam domus ex-
asperans est: & scient quia propheta
fuerit in medio illorū. Tu ergo fili ho-
minis ne timeas eos, neq;₃ sermones eo-
rum metuas: quoniam increduli & sub-
uersores sunt tecū, & cum scorpionibus
habitare: verba eorū ne timeas, & vul-
nus eorū ne formides, quia domus exas-
perans est. Loqueris ergo verba mea
adeos, si forte audiāt, & quiescāt: quo-
niam irritatores sunt. Tu autem fili ho-
minis audi quacunq;₃ loquor ad te: &
noli esse exasperās sicut domus exaspe-
ratrix est: aperi ostiū, & comedē quae-
cunq;₃ ego do tibi. Et vidi, & ecce ma-
nus missa ad me, in qua erat inuolutus
liber: & expādit illū corā me, qui erat
scriptus intus, & foris: & scriptā erāz
in eo lamentationes, & carmen, & va-

Sic & idem Ezechiel cap. 13.18. contra eos Prophetas, qui vitia minimè carpunt, aut perstringunt, sed peccatoribus blandiuntur, inquit. *Va* qui consuunt pulmillos sub omni cubito manus; & faciunt cervicalia sub capite uniuersæ atatis ad capiendas animas: & cùm caperent animas populi mei, viuiscabant animas eorum. Et violabant me ad populum meum propter pugillum hordei & fragmen panis, ut interficerent animas, quæ non moriuntur, & viuiscarent animas, quæ non viuunt, menticentes populo meo credenti mendacij. Grauiùs verò ipsum Propheta monet ne conticescat, cùm reprehendendus est peccator. Nam cap. 3. 17. † 33.7. sic inquit. *Et tu fili hominis, speculatorem dedi te domui Israël: audiens ergo ex ore meo sermonem, annuntiabis eis ex me. Si me dicente ad impium: impie morte morieris, non fueris locutus ut secustodiat impius à*

via sua: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. De se conqueritur Isaias, dicens. Isa. 6. 5. *V&em
hi qua tacui.* Ionas quoq; Propheta quia viros Niniuitas reprehendere renuit, in mare præcipitatus, a pisce, Ion. 2. 1. deuoratus fuit.

Sexto, id dicendum de Apostolis, quorum sonus in omnē terrā, *Apoe
stoli.* Psal. 28. 5. exiuisse scribitur. Quin & D. Paulus de se inquit. 1. Cor. 9. 16. *V&em
hi si nō euangelizauero.* Dixit enim paulo ante, quod id munus ex necessitate illi incumbat. Sic enim dum D. Paulus Corinthi fuit de eo scribitur 2. Act. 18. 9. *Di
xit autem Dominus nocte per visio
nem Paulo.* *Noli timere, sed loquere,
et ne taceas, propter quod ego sum te
cum; quoniam populus est mihi mul
tus in hac civitate.*

Septimo, huc spectant Præla
ti, & ij maximè, qui prius tacere di

Præ
lati.

dicerunt, antequam docuerunt,
aut locuti sunt, iuxta id, Eccli. 18.
19. *Antequam loquaris disce.* Tales
fuerunt S. Benedictus, D. Grego-
rius, D. Anthonius, D. Bernardus,
& alia religiosorum Ordinū lumi-
na: quibus omnia etiā ea ferè con-
ueniunt, quæ numero quinto dixi-
mus, dicta ad Ezechielem Dauid
etiam Psal. 39. 10. vbi inquit. *An-*
nunciaui iustitiam tuam in Ecclesia
magna, ecce labia mea non prohibebo:
Domine tu scisti. Ad, quæ alludens
D. Benedictus cap. 2. regulæ sic
inquit: *Sciatq; Abbas culpæ Pasto-*
ris incumbere, quicquid in ouibus
paterfamilias vtilitatis minus po-
tuerit inuenire. Tantum iterum
liber erit, si inquieto vel inobedie-
ti gregi Pastoris fuerit omnis dili-
gentia attributa, & morbidis earū
actibus vniuersa fuerit cura exhi-
bita: Pastor earum in iudicio Do-
mini absolutus, dicat cum Prophe-

ta Domino. *Iustitiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam & salutare tuum dixi: ipsi autem contemnentes spreuerunt me.* Et tunc demum inobedientibus curæ suæ oviibus poëna sit eis præualens ipsa mors. Iam prô dolor plurimi sunt prælati, qui peccata subditorum dissimulant, neq; eadem arguunt, qui cùm animarū sibi creditarū rationē Deus exposcet, & cum flamā infernalis pice & sulphure mista os eorū impleuerit, optabunt se locutos per se, aut suos fuisse: at tū tardatū esse, magno suo malo sentiēt.

Octauò, huc spectant omnes, in quocunq; tandem officij genere, tā Ecclesiastico, quām polytico, quib⁹ aliorū & proximi salus concredita. Sic Eccli. 4.27. *Ne reuerearis proximum tuum in casu suo, nec retineas verbum in tempore salutis.* Sic laudādi quatuor illi viri leprosi, quorū fit mentio 4. Reg. 7. 9. qui tantam

Qui-
bus a-
liorum
salus
concre-
dita.

abundantiam rerum omnium in
castris Syriæ inuenerunt, & dixe-
runt. Non rectè facimus, hac enim
dies boni nuncij est. Si tacuerimus &
noluerimus nunciare usq; manè, sce-
leris arguemur: venite eamus, & nun-
tiemus in aula regis. Hic tamen sum-
mopere dolendum, inueniri non-
nullos, qui sermones potius de-
tractorios contra eos instituunt,
quibus aliorum cura commissa, &
de rationibus quibus sibimet com-
missi sunt, iuuandis, rariùs agunt, &
loquuntur, vidētes festucam in o-
culo alieno, Matth. 7. 4. trabem
verò in proprio oculo minimè cō-
siderantes.

*Pijs
quibus
dam
mulie-
ribus.* Nonò, pijs etiam & magni me-
riti mulieribus loquendi potestas
data. Nam & Spōsæ labia, Cant. 4.
ii. vt fauus distillās. Et Esther orat,
Esth. 14. 13. *Tribue sermonē composi-
tū in ore meo, in cōspēctu leonis,* Regis
scilicet Assueri. Sic Iudith contra

Holo-

Holofernem orat, Iudith. 9.13. *Ca-*
piatur laqueo oculorum suorum in me,
& percuties eum ex labiis charitatis
mea. Et vers. 18. *Memento Domi-*
ne testamenti tui, & da verbum in ore
meo & in corde meo consilium corro-
bora, &c. Huic petitioni Dominum
annuisse patet. cap. II. 18. cum dici-
tur de Iudith. *Placuerunt autem o-*
mnia verba hac coram Holoferne, &
coram pueris eius, & mirabantur ad
sapientiam eius, & dicebant alter ad
alterum. Non est talis mulier super
terram in aspectu, in pulchritudine,
& in sensu verborum.

CAPUT LVIII.

Septendecim præcepta obseruanda illi
qui loqui voluerit.

I.

Assidua non sit in ore tuo no-
minatio Dei. Quod cauet Ec-
cli. 23.10. dicens. *Nominatio Dei no*
sit assidua in ore tuo, & nominibus
Sanctorum non admiscearis, quia non

assidua no-
minatio Dei
cauen-
da.

eris immunis ab eis.

2. Non assuescat os tuum iurationi. Eccli. 23. 9. *Iurationi non assuescat os tuum, multi enim casus in illa.* Et capit. 27. 15. *Loquela multum iurans, horripilationem capiti statuet, & irreuerentia ipsius obturatio aurium.*

Nō assuescat in disciplina loquela, Ne citatus in lingua.

Ne confundamur in ea.

3. Non assuescat indisciplinata loquela, ibidem cap. 23. 17. *Indisciplinata loquela non assuescat os tuum, est enim in illa verbum peccati.* Vide quoq; infrā num. 5.

4. Non debemus esse citati in lingua loquendo, sed consideratè loqui, ita enim est Eccli. capit. 4. vers. 34. *Noli esse citatus in lingua, & inutilis, & remissus in operibus tuis.* Et Proverbior. 29. 20. *Vidisti hominem velocem ad loquendum? Stultitia magis speranda est, quam ipsius correptio.* Vide etiam quæ diximus cap. 47. num. 1.

5. Videre, ne confundamus aut capiamur in lingua, neuè cer-

temus,

temus, de re, quæ nos non molestat. De primo nos commonuit Ecclesiasticus, 5. 14. *Si est tibi intellectus responde de proximo tuo: si autem, sit manus tua super ostium, ne capias in verbo indisciplinato, & confundaris.* De altero idem Ecclesiasticus loquitur cap. II. 9. *De eare quare non molestat, ne certeris: & in iudicio peccantium ne consistas.*

6. Coercere debemus & prohibere linguā à malo, Psal. 33. 14. 1. Pet. 3. 10. vt citauim⁹ suprà c. 31. n. 3. *Coercēda à malo.*

7. A detractione debemus cauere, murmure & mendacio, iuxta id Sap. 1. 11. *Custodite vos à murmuratione, & à detractione parcite lingua, quoniam sermo obscurus in vacuū non abibit, os autē quod mentitur occidit animā.* Vide plura cap. 59. lit. D. n. 1. & lit. M. n. 8. 9. 10. 11. 12. *A detracṭio ne cap ue.*

8. Ne loquatur quis vt cognati & parentes Tobiæ, vt derideat vitam & exempla sanctorum, lo-

*Ne Sāctos
ideas*

quendo

quendo. Dicitur enim Tob. 2. 15. Nam sicut beato Iob insultabant reges ita isti, Tobiæ scilicet, parentes & cognatici eius irridebant vitam eius dicentes. Ubi est spes tua, pro qua eleemosynas & sepulturas faciebas? Tobias vero increpabat suos, dicens. Nolite ita loqui, quoniam filii sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturu[m] est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo.

Ne tā-
sum
lingua
diliga-
mus.

Ne la-
ctes
mus.

Ne te-
laudes

9. Ut videamur non tantum lingua diligere. Hinc, i. Ioan. 3. 18. Filioli non diligamus verbo neq[ue] lingua, sed opere & veritate.

10. Attendere, ne aliquem laetemus in labijs nostris, iuxta id Proverb. 24. 28. Ne sis testis frustra contra proximum tuum, nec lactes quenquam labijs tuis.

11. Ne te ipsum loquendo nimium laudes. Vnde Prover. 27. 2. Laudet te alienus & non os tuum: extraneus & non labia tua.

12. Apud

12. Apud magnates & senes Ne
non multum loquaris. Eccli. 32. multū
12. In multis esto quasi inscius, & audi loqua-
tacens simul & querens. In medio mas-
gnatorum ne præsumas, & ubi sunt se-
nes non multum loquaris. Plura vide
cap. 49. num. 7.

13. Mala non nominanda in
nobis secundum D. Pauli consiliū
dicentis. Eph. 5. 3. Fornicatio autem
& omnis immunditia, aut auaritia,
nec nominetur in vobis, sicut decet sano-
tis: aut turpitudo, aut stultiloquium,
aut scurrilitas, qua ad rem non per-
tinet, sed magis gratiarum actio. Et
Col. 3. 8. Nunc autem deponite &
vos omnia, iram, indignationem, ma-
litiam, blasphemiam, turpem sermo-
nem de ore vestro. Quin potius ut est
1. Reg. 2. 3. Recedant vetera de ore
vestro, quia Deus scientiarum Do-
minus est. Vide Ephes. 4. 29. ut in-
frā. num. 17.

14. A prophanis & vanilo-

Mala
non no
mines.

A pro-
phanis

quijs

orva- quijs abstine, secundum id. 2. Tim.
nis ab- 2. 16. Prophana & vaniloquia deui-
stinere ta, multum enim proficiunt ad impieta-
tē, & sermo eorū ut cancer serpit, &c.

Ne scā 15. Ne quid dicas in quo ipse
dalosa scandalizeris, multi enim multa
dicunt, quæ postea vellent reticuisse,
de quibus egimus suprà cap. 27.
num. 2. & hoc est quod dicitur Ec-
clesiastici, 1. 37. *Ne fueris hypocrite
in conspectu hominum, & ne scandaliz-
eris in labijs tuis.*

Ne jo- 16. Ne sophisticè loquaris, cu-
phisti- ius certissimam rationem dat Ec-
ca. clesiasticus, Eccli. 37. 23. *Qui sophi-
sticè loquitur odibilis est: in omni re
defraudabitur. Non est enim illi data
a Domino gratia, omni enim sapien-
tia defraudatus est.*

Vt bos- 17. Demum seruandum præ-
na di- scriptum D. Pauli Eph. 4. 29. ita di-
camus. centis. *Omnis sermo malus ex ore ve-
stro non procedat, sed si quis bonus est
ad edificationem fidei, ut det gratiam*

audiens

audientibus. Vide plura n. 13. Huic præcepto insistentes, trademus primò ea quæ mali loquuntur, & quæ ad os, labia, linguam, sermonem & verba spectant malorum, capite sequenti 59. 125. numeris & qualitatibus. Deinde ea quæ boni loqui debent, quæq; ad eorum sermonē & linguam spectant cap. 60. centū septendecim numeris, & qualitatibus, idq; ordine Alphabetico.

CAPUT LIX.

Centum viginti quinq; ritia, quæ ex malorū labijs, lingua, ore, sermone & verbis oriuntur, & cuius Christiano homini vitanda sunt ordine Alphabetico traduntur.

A.

1. Alienæ mulieris os seu lingua, est fouea profunda. Hinc Prou. 22.14. *Fouea profunda os alienæ: cui iratus est Dominus, incidet in eam.*

2. Os Alcimi periuri Iudæi, qui adepto Sacerdotio, Mach. 9.54. ore suo. *Præcepit destrui muros domus sanctæ interioris, & destrui opera Prophetarū: & cœpit destruere. In tēpore*

Alci-
mus.

illo

illo percussus est Alcimus, & impedita sunt opera illius, & occlusum est os eius, & dissolutus est paralyti, nec ultra potuit loqui verbū, & mandare de domo sua. Et mortuus est Alcimus in tempore illo cum tormento magno. Hæc notent qui nostro tempore, templa spoliant, & euertunt, & quod qui insidiatus est domui Dei, de sua minimè disponere potuit.

3. Altius sermonis populus, de quo Isai. 33. 19. *Populum imprudentem non videbis, populum altius sermonis: ita ut non possis intelligere disertitudinem linguae eius, in quo nulla est sapientia.*

4. Os amaritudine & maledictione plenum, ut est Ps. 13. 3. R. o. 3. 14.

*Antie
christi
os.* 5. Antichristi os, quod loquitur ingentia, ut dicitur Dan. 7. 8. & vers. 20. grandia. Apocalypsis verò 13. 5. *Datum est ei os loquens magna, & blasphemias.* Vide & literam E. num. 2.

6. Ap-

6. Appropinquant Deo ore,
cor verò eorum longè abest ab eo.
Isai. 29. 13. ore benedicunt, Psalm.
61. 5. corde maledicunt. De quibus
& Psalm. 77. 36. *Et dilexerunt eum
in ore suo, & in lingua sua mentiri
sunt ei, cor autem eorum non erat re-
gnum cū eo.* Et Ieremias inquit. 12. 2.
*Prope est Dominus ori illorum, & lon-
ge a renibus eorum.*

7. Apostatae, huius os & lin-
gua quanta mala pariat videre est
Prou. 6. 12. vbi sic legimus. *Homo*
*apostata vir inutilis, graditur ore per-
uerso, aenuit oculis, terit pede, digito
loquitur, prauo corde machinatur ma-
lum, & omni tempore iurgia seminat.*
*Huic exemplo veniet perditio sua, &
subito conteretur, nec habebit ultrà
medicinam.*

8. Arcus mendacij lingua ma-
lorum. Vnde Ieremias 9. 3. *Exten-
derunt linguam suam quasi arcum
mendacij, & non veritatis, conforta-*

ti sunt in terra, quia de malo ad malum egressi sunt, & me non cognoverunt, dicit Dominus. Versus versus sic ait. *Vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquetur: docuerunt enim linguam suam loqui mendacium: ut iniquè agerent, laborauerunt.*

9. *Affidua lingua, de qua ex Eccli. 37. 21. infrà litera N. num. 3.*

10. *Assumentium linguas suas ad prophetandum, de quibus Ier. 23. 31. 32. vt litera P. num. 6.*

11. *Auguratricis filiorum in adulteri seminis lingua. Isa. 57. 3. 4. vt litera S. n. 3.*

B.

B.

1. *Ex litera hac primò sit blanda lingua extranea, à qua mandatū, lex, lux, & increpatio disciplinæ nos custodient, sic enim dicitur Prou. 6. 23. Mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ increpatio discipline, ut custodiant te à muliere mala, & à blanda lingua extranea.*

2. Blanda

2. Blanda lingua, aliorum qua
decipimur. Prou. 28. 23. *Qui corri-
pit hominem, gratiam postea inueniet,
magis quam ille qui per lingue blandi-
menta decipit.* Talis enim rete ex-
pandit gressibus aliorum, Pro. 29.
5. *Homo qui blandis fictisq[ue] sermoni-
bus loquitur amico suo, rete expan-
dit gressibus eius.*

3. Lingua blasphemantium, quā
dicitur imitari Iob cap. 15. 5. Quod
non est ita, sed ea vtetur Antichri-
stus, vt litera A. num. 5. diximus.
Qualis & lingua Alcimi, vt litera
A. num. 2. & Nicanoris litera N.
num. 6.

C.

C.

Ex litera C. primi sunt, qui in
cœlum ponunt os suum. De qui-
bus, Psalm. 72. 8. 9. *Cogitauerunt
& locuti sunt nequitiam, iniquitatem
in excelso locuti sunt, posuerunt in cœ-
lum os suum, & lingua eorum transi-
uit in terra.*

2. Quorum sermo ad cancri similitudinem serpit, de quibus, 2. Tim. 2. 17. 18. ut diximus cap. 58. num. 1.

3. Cauponis labia, de quibus Eccli. 26. 28. Due species difficiles, & periculose mihi apparuerunt. Difficile exiit ut negotians à negligentia: & non iustificabitur caupo à peccatis labiorum.

4. Lingua concinnans dolos: sic peccatoris lingua, de qua Psal. 49. 19. dicit Dominus. Ostium abundavit malitia, & lingua tua concinnabat dolos.

5. Coinquinata lingua, à qua Deus liberauit Ecclesiasticum, Eccli. 51. 7.

D.

D.

Ex hac litera primò sunt, labia & lingua detractoris, de quibus Prou. 4. 24. *Remone à te os primum,* & *detrahentia labia sunt procul ate.* Sap. 1. 11. *Custodite vos à murmura-*

tione,

tione, quæ nihil prodest, & à detractione parcite lingue. Quā debemus dissipare per faciem tristem, iuxta id, Prou. 25. 23. *Venit aquilo dissipat pluias, & facies tristis linguam detrahentem.* Vide plura capit. 12. numer. 2.

2. Dilatantis labia, de quibus id, Prou. 20. 19. seruandum. *Et qui reuelat mysteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua, ne commiscearis.*

3. Diuitum, qui labia torquēt: Vnde Prou. 19. 4. *Melior est pauper qui ambulat in simplicitate sua, quam dives torquens labia sua, & insipiens.*

4. Sub qua dolor & labor, qualis lingua peccatoris. Psal. 10. 7. *Cuius maledictione os plenum est, sub lingua eius labor & dolor.*

5. Dolos concinnans, ut peccatoris. Psalm. 49. 19. vide literā C. num. 4.

6. Dolosa lingua, quam dicunt

impijà se esse. Psalm. II. 5. qua lo-
quuntur aduersus Dauidem, Psal.
108. 3. à qua idem cupit liberari.
Psalm. 119. 2. 3. qua diligunt verba
præcipitationis. Psalm. 51. 6. Qua
dolosè agunt, quos iudicabit Do-
minus, Psalm. 5. 10. † 13. 3. Rom. 3.
13. Quæ labia debent fieri muta.
Psal. 30. 19. Quam disperdet Do-
minus, iuxta id. Psal. 11. 3. 4. Va-
na locuti sunt unusquisq; ad proximū
suum: labia dolosa in corde, & corde
locuti sunt. Disperdat Dominus uni-
uersa labia dolosa, & linguam ma-
gniloquam. Vide plura capite 16.
num. 2.

7. Draconis os, de quo Apoc.
16. 13. exierunt tres spiritus immū-
di per modum ranarum, vti di-
ximus etiam superiùs capite II.
num. I.

8. Dulcia, qualia hæreticorū,
de quibus Rom. 16. 17. Rogo autem
vos fratres, ut obseruetis eos qui dissen-

siones

siones & offendicula prater doctrinā, quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab illis. *Huiusmodi enim Christo Domino nostro non seruiunt, sed suo ventri: & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentum.* Quamuis & bonorum & dulcia esse, dicemus cap. 60. licet sub alia consideratione.

9. Duplex lingua, in qua probatur peccator secundū id, Eccli. 5. 11. *Non ventileste in omnem ventum, & non eas in omnem viam: sic enim omnis peccator probatur in dupli lingua.*

10. Dura verba, quæ suscitant furorem. Hinc Prou. 15. 1. *Responso mollis frangit iram: sermo durus suscitat furorem*, qui non est iterādus iuxta id, Eccli. 19. 7. *Ne iteres verbum nequam, & durum, & non minoraberis.*

E.

Primū est exaltantis os, de

quo

E.

quo Prou. 17. 19. *Qui meditatur discordias diligit rixas: & qui exaltat os suum querit ruinam.*

2. *Contra excelsum Deū, scilicet sermones. Sic de Antichristo dicitur. Dan. 7. 25. Sermones contra excelsum loquetur.*

F.

F.

Primum hīc est fatuorum os, quod Prou. 15. 2. ebullit stultitiam: ex quorum ore reprobatur parabola, Eccli. 21. 29. in corde sapientium os illorum est. Vide plura in litera I. num. 8. & in litera S. n. 8.

2. *Flagellum quoq; est lingue, à quo Iob. 5. 17. 21 abscondetur, qui à Domino corripitur, & eius increpationes non reprobatur.*

3. *Ficta verba, de quibus 2. Petr. 2. 2. de magistris mendacibus qui celerem sibi perditionem inducunt, loquens, ait. Et multi sequentur illorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur: & in*

auaritia

anaritia fictis verbis de vobis negotia-
buntur ; quibus iudicium iam olim
non cessat : & perditio non dormitat.

4. Fornicariæ seminis lingua.
Isa. 57. 3. 4. vt litera S. num. 3.

5. Fraudem loquentia labia
malorum, de quibus Prou. 24. 1. 2.
Ne emuleris viros malos, nec deside-
res esse cum eis, quia rapinas medita-
tur mens eorum, & fraudes labia eo-
rum loquuntur.

6. Fraudulenta lingua diuitū.
Hinc Mich. 6. 12. Diuites repleti
sunt iniquitate, & habitantes in ea
loquebantur mendacium, & lingua
eorum fraudulenta in ore eorum. Plu-
ra litera M. num. II.

G.

G.

1. Gentium omnium pugnan-
tium contra Ierusalem lingua. De
qua Zach. 14. 12. vbi ita loquitur.
Et hac erit plaga qua percutiet Domi-
nus omnes gentes, que pugnauerunt
aduersus Ierusalem : Tabescet caro

um in scu*is* quod stant*is* super pedes suos,
& oculi eius contabescen*t* in forami-
nibus suis, & lingua eorum contabe-
scet in ore suo.

2. Gigantū verba superba, pro-
pter quæ Deus eos execratus est.
Eccli. 16. 8. 9. Non exorauerunt pro-
peccatis suis antiqui gigantes, qui de-
structi sunt confidentes sua virtuti, &
non pepercit peregrinationi illorum,
& execratus est eos praesuperbia verbi
illorum. Non misertus est illis, gentem
totam perdens, & extollentem se in
peccatis suis.

3. Gladius est lingua & labia
malorum. Nam ut est Psalm. 56. 5.
Fili⁹ hominum dentes eorum arma &
sagittæ, & lingua eorum gladius acu-
tus. Et Psalm. 58. 8. Ecce loquentur
in ore suo, & gladius in labi⁹ eorum.
Quem exacuerunt, Psalm. 63. 4.
Quia exacuerunt ut gladium linguas
suis, intenderunt arcum rem ama-
raram.

4. Glorificat Deum labijs tantum. Hinc Christus ipse, Matth. 15. 8. *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me.* Similia habes, Marc. 7. 6. Ex Isa. 29. 8. desumpta.

5. Grandia loquuntur, vti Dan. 7. 20. de Antichristi dicitur ore. *Os loquens grandia.* Vide literam A. num. 5.

H.

1. Hæreticorum, quorum sermo vt cancer serpit. Vt, 2. Tim. 17. 18. qui & loquuntur superba. Vnde Iudæ 16. *Hi sunt murmuratores querulosi, secundum desideria sua ambulantes, & os eorum loquitur superba, mirantes personas questus causa, quos vers. 13 vocavit sidera errantia.* Vide plura litera O. num. 8. & litera F. num. 3.

2. Hominis nequam, qui accedit ore ignem, de quo Eccli. 23. 22. *Animacalida quasi ignis*

H.

ardēs, non extinguerit, donec aliqua
glutiat: & homo nequam in ore car-
nis sua non desinet donec incēdat igni.

I.

1. Ierusalem & Iuda lingua
contra Dominum, ideo ruit: sice
nim dicitur Isa. 3. 8. *Ruit enim Ie-
rusalem & Iudas concidit, quia lin-
gua eorum & adinventiones eorum
contra Dominum, ut provocarent ochi-
los maiestatis eius.*

2. Ierusalem impugnantium,
quorum lingua tabescet, Zach. 14.
12. ut diximus litera G. num. 1.

3. Ignis in labijs impij, Prou.
16. 27. *Vir impius fodit malum, & in
labijs eius ignis ardescit.* Vnde &
D. Iacobus cap. 3. 6. inquit. *Et lin-
gua ignis est, unius est as iniquitatis.*

4. Immoderata, de quo Prou.
15. 4. Lingua placabilis, lignum vita:
que autem immoderata est, conteret
spiritum...

5. Impiorum os, Prou. 10. 32.

confi-

consideret peruersa, & cap. 12. 6.
insidiatur sanguini, & cap. 15. 28.
redundat malis, imo in quo Iob
20. 12. malum dulce, quod Psalm.
16. 20. locutum est superbiā, quod
& operiet iniquitas, Prou. 10. 6. Et
in eorundem ore nequissima pau-
pertas, vt est Eccli. 13. 30. ac de-
mum eorum ore subuertitur ciui-
tas, Prou. 11. 11.

6. Impoenitentium in regno
bestiæ & Antichristi, qui manduca-
uerunt linguas suas præ dolore, sic
enim scribitur Apocal. 16. 10. *Et*
quintus angelus effudit phialam suam
super sedem bestie. Et factum est re-
gnum eius tenebrosum, & commandu-
cauerunt linguas suas præ dolore, &
blasphemauerunt Deum cœli præ do-
loribus & vulneribus suis, & non ege-
runt pœnitentiam ex operibus suis.

7. Improperij verba, de qui-
bus in conuiuio maximè cauen-
dum, sicut enim dicitur, Eccli. 31. 41.

42. In convivio vini non arguas proximum. & non despicias eum in incunditate illius : verba improperij non dicas illi: & non premas illum in repetendo. Et cap. 41. 28. Cane ab amicis de sermonibus improperij: & cum dederis, ne improperes.

8. Imprudentis lingua, de qua varia scribuntur. Nam Eccli. 5. 15 Honor & gloria in sermone sensat, lingua vero imprudentis subuersio est ipsius. Et cap. 21. 28. Labia imprudentum stulta narrabunt: verba autem prudentum statoria ponderabuntur, in ore fatuorum cor illorum, & in corde sapientum os illorum. Et cap. 40. 32. In ore imprudentis indulcabitur inopia, & in ventre eius ignis ardebit. Vide plura in litera F. n. 1. & in litera S. num 8.

9. Inania verba, quibus non debemus decipi, D. Paulo sic ad Eph. 5. 6. dicente. Nemo vos seducat inanibus verbis; propter haec e-

num venit ira Dei in filios diffidentiae.
Nolite ergo effici participes eorum.

10. Indisciplinatum verbum, in quo non debemus capi, ne confundamur, secundum id, Eccli. cap. 5. vers. 14. *Si est tibi intellectus responde proximo: si autem, sit manus tua super os tuum, ne capias in verbo indisciplinato & confundaris.* Vide literam P. n. 2.

11. Indulcantes labia, de quibus Eccli. 12. 15. *In labijs suis indulcat inimicus: & in corde suo infidatur, ut subvertat te in foneam.* Ibidem plura alia de inimico.

12. Ingentia loquitur os Antichristi. Daniel. 7. 8.

13. Iniqua labia, ut autem ab illis liberetur, orat David. Psal. 119. 2. hoc modo. *Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua dolosa. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?* Respondet. *Sagittæ potenter acutæ cum*

carbonibus desolatorijs. Sic inquis
verbis præualuerunt aduersus Da-
uidem. Psalm. 64. 4. Et Psalm. 40.
9. inquit Dauid. Verbum iniquum
constituerunt aduersum me. Prou. 17.
4. Malus obedit linguae iniquæ, & fal-
lax obtemperat labijs mendacibus. A
lingua verò iniqua Ecclesiasticus
cap. 51. 3. liberatus fuit.

14. Iniustitiam tota die cogi-
tans, de qua Psal. 51. 4. Tota die in-
iustitiam cogitauit lingua tua ; sicut
nonacula acuta fecisti dolum.

15. Iniusti lingua, quam descri-
bit Dauid Psalm. 35. 4. Verba oris
eius iniquitas & dolus : noluit intelli-
gere ut bene ageret.

16. Inquietum malum. Jacob.
3. 8. de lingua loquens inquit. Lin-
guam nullus hominum domare potest,
inquietum malum, plena veneno mor-
tifero. In ipsa benedicimus Deum &
Patrem, & in ipsa maledicimus ho-
mines qui ad similitudinem Dei facti

sunt.

sunt. Ex ipso ore procedit benedictio, & maledictio. Non oportet, fratres mei, haec ita fieri.

17. Iudæorum, quorum labia loquuntur mendacium, lingua ini-
quitatem fatur, propter quod fa-
cies Dei ab illis absconditur, nec o-
ratio eorum exauditur. Hinc Isa.
59. 2. *Iniquitates vestre diuiserunt
inter vos, & Deum vestrum, & pecca-
ta vestra absconderunt faciem eius a
vobis, ne exaudiret. Manus enim ve-
stra polluta sunt sanguine, & digiti
vestri iniquitate. Labia vestra loquun-
tur mendacium, & lingua vestra ini-
quitatem fatur.* Propter illorum
quoq; sermones Deus iratus di-
citur Moysi, Deut. 4. 21.

L.

1. Labijs honorant Deum, dū
cor eorum longè abest ab eo. Mat.
15. 8. vt suprà litera G. n. 4.

2. Labor labiorum peccato-
rum, de quo Psalm. 139. 10. 11. *Ca-*

L.

par circuitus eorum, labor labiorum
ipsorum operiet eos. Cadent super
eos carbones: in ignem deicyces eos: in
miserijs non subsistent.

3. Laquei sunt verba mali-
rum, Prouerb. 6. 2. Illaqueatus
verbis oris tui, & capens proprijs ser-
monibus.

4. Linguosus, qui non diri-
getur. Vnde Psal. 139. 12. Vir lin-
guosus non dirigetur in terra, virum
injustum mala capient in interuu. Id
quod latius probauimus suprà ca-
pite 7. num 1. De quo etiam id Ec-
cli. 9. 25. verissimum est. Terribu-
lis est in ciuitate sua homo linguosus:
& temerarius in verbo suo odibilis es-
tit.

M.

M.

1. Magnificant linguas suas,
Psal. 11. 5 *Qui dixerunt: linguam*
nostram magnificabimus, labia no-
nstra à nobis sunt, quis noster Domi-
nus est?

2. M. gni.

2. Magniloquam linguā, quam disperdet Dominus iuxta id, Psal.

11. 4. Disperdat Dominus uniuersa labia dolosa, & linguam magniloquā. Vide literam D. n. 6. qualis est & lingua Antichristi, qui loquitur ingentia, Dan. 7. 8.

3. Malorum lingua, qua male locuti sunt de Deo, Psalm. II. 19. Verūm attendendum ad id, Eph.

4. 29. Omnis sermo malus de ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad edificationem fidei, ut det gratiam audiēntibus.

4. Maledici lingua & labia, cuius auditor est Deus, Sap. I. 6. Benignus est spiritus sapientiae, & non liberabit maledictum à labijs suis: quoniam renum illius testis est Deus, & cordis illius scrutator est verus, & lingua eius auditor.

5. Maledictio ex ore procedit. Iacob. 3. 10. ut litera I. n. 17.

6. Maligna verba, quibus Dio-

trepes garrit in D. Ioannem Apostolum. 3. Ioan. 9. Scripsisse forsan Ecclesia, sed is qui amat primum gerere Diotrepes non recipit nos propter hoc si venero, commonebo eius opera qua facit: verbis malignis garriens in nos, &c.

7. Malitiæ verba, contra quæ orans Dauid, ait Psalm. 140. 3. Pone Domine custodium ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis. Non declines cor meum in verba malitia ad excusandas excusationes in peccatis.

8. Mendax lingua, quæ vna ex sex quæ odit Dominus, dicente Salomone Prou. 6. 16. Sex sunt quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima eius, oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem, cor machinans cogitationes pessimas, pedes velocias ad currendum in malum, preferentem mendaciam, testem fallacem. Et quise-

minat inter fratres discordias. De mendacis hominis lingua, Isa. 57. 3. 4. ut litera S. num. 3.

9. Mendacij labia, vide quæ ex Ierem. 9. 3. 5. diximus litera A. num. 8. quibus adde labia operantium mendacium, à quibus liberatus Ecclesiasticus cap. 51. 3. Quibus labijs mendacij operatur mali mala. Isa. 59. 3. Qui odium abscondút, Prou. 10. 18. Quibus obtemperat fallax. Prou. 17. 4. Quæ non decent principem, iuxta id Prou. 17. 7. Non decent stultum verba composita, nec principem labium mentiens. Demum Prou. 12. 22. Abominatio Domino labia mendacia, qui autem fideliter agunt placent ei.

10. Mendacij lingua, quam concinnat repentinus testis. Prou. 12. 19. Labium veritatis firmum erit in perpetuum; qui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendacij. Idem tradit cap. 21. 7. qualis sit

qui

qui in illa colligit thesauros, sic di-
ens. Qui congregat thesauros lingua
mendacy, vanus & excors est, & im-
pingetur ad laqueos mortis. De Iu-
dæis quoq; dicit David, Psalm. 77.
36. Et auexerunt eum in ore suo, &
in lingua sua mentiti sunt ei : cor au-
tem eorum nō erat rectum cum eo, nec
fideles habiti sunt in testamento eius.

ii. Mendacij sermones in his
fraudulentus conatur perdere mi-
tes. Vnde Isa. 32. 7. *Fraudulenti va-
sa pessima sunt. Ipse enim cogitationes
concinnauit ad perdendos mites in ser-
mone mendacij, cùm loqueretur pau-
per iudicium. In talibus etiam con-
fidunt Iudæi. Vide Ier. 7. 8. 9. 10.
& infrà num. 12.*

12. Mendacij verba, quæ con-
tingunt cor sensatum. Et Eccli
cap. 36. 21. quæ locuti sunt Iudæi.
de corde. Isa. 59. 13. Quibus dicun-
tur acquiescere filij Israël, Exod
5. 9. Quæ, qui principes libentei

audiunt, omnes ministros habent
impios. Proverb. 29. 12. In quibus
non debemus confidere iuxta id,
Ier. 7. 4. *Nolite confidere in verbis
mendacij, dicentes templum Domini,
templum Domini, templum Domini
est. Quia si benè direxeritis vias ve-
stras, & studia vestra: si feceratis iu-
dicium inter virū & proximum eius,
aduena & pupillo, & vidua non fece-
ritis calumniam, nec sanguinem in-
nocentem effuderitis in hoc loco, & post
Deos alienos non ambulaueritis in ma-
lum vobis metipsis habitabo vobiscum
in loco isto. Quasi dicat tunc locus
hic templum meū erit. A quo ver-
bo mendacij confitetur Domino
se liberatum esse Ecclesiasticus, cap.
51. 7. Ac proinde etiam orat Salo-
mon, Proverb 30. 8. dicens. *Duo
rogavi, ne deneges mihi antequam
moriar, vanitatem & verba men-
daci longè fac à me. Mendicatatem
& diuinas ne dederis mihi: tribue**

tantum victimi meo necessaria: ne forte satiatus illiciar ad negligandum, & dicam. *Quis est Dominus?* aut egestate compulsus furer, & perirem non men Dei mei.

13. Mentiens os occidit animam, Sap. I. II. Vide literam D. num. I.

14. Meretricis labia, de quibus Prou. 5. 3. *Fanus distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, nouissima autem illius amara quasi absynthium, & acuta quasi gladius biceps.* Et quomodo vecordem iuuenem decipit labijs, describēs cap. 7. 21. inquit. *Irretinuit illum multis sermonibus, & blanditijs labiorum pertraxit illum, statim eum sequitur, quasi bas ductus ad victimam, & quasi agnus lasciviens, & ignorans quod ad vincula stultus trahatur: donec transfigat sagitta iecur eius, velut si auis festinet ad laqueum, & nescit quod de periculo animæ illius agatur.*

16. Mor-

16. Mordentes labia, de quo
Prou. 16. 30. *Qui aconitis oculis co-
gitat malum, mordens labia sua per-
ficit malum.*

17. Multitudinis venientis, ex
cuius ore exiuit flamma, 4. Esd. 13.
10. Lingua enim nostra, Iacob. 3. 6.
*Maculat totum corpus, & inflammat
rotam nativitatis nostræ, inflammata
à gehenna.*

N.

1. Nefandi sermones, quos ia-
ctitant, qui sunt in præsidio Gaza-
ram, 2. Mach. 10. 34.

2. Nequam lingua, quam non
debemus audire, iuxta id Eccli. 28.
28. 29. *Sepi aures tuas spinis, & lin-
guam nequam noli audire, & ori tuo
facito ostia, & frenos ori tuo rectos.*
Quare verò non audiendæ, eius
plurimæ & grauissimæ sunt causæ.
Nam ut est ibidem vers. 23. *Bea-
tus qui rectus est à lingua nequam, qui
in iracundiam illius non transiit, &*

N.

Nequa
lingua.

qui

qui non attraxit iugum illius, & in vinculis eius non est ligatus: iugum enim illius ingum ferreum est: & vinculum illius, vinculum areum est. Mors illius, mors nequissima: & utilis potius infernus quam illa, perseverantia illius non permanebit, sed obtinebit vias iniustorum; & in flamma sua non comburet iustos. Qui relinquent Deum, incident in illam, & exar debit in illis, & non extinguetur, & immitteretur in illos quasi leo, & quasi pardus laetet illos. Sic de hominis nequam lingua diximus ex Eccli. 23. 22. supra litera H. num. 2. & quomodo mali locuti sunt nequitiam, litera C. num. 1. ex Psalmo 72. 8.

3. Nequam verbum, immutabit cor. Sic Eccli. 37. 21. Verbum nequam immutabit cor. ex quo quae sunt partes eriuntur; bonum & malum, vita & mors: & dominatrix illorum est assidua lingua. Quod non

est iterandum iuxta id, Ecclesiasti-
ci. 19. 7. *Non iteres verbum nequam,
& durum, & non minoraberis*

4. Nequam sermo, eodem fe-
rè respectat, quem sibi firmauerunt,
Psalms. 63. 3. 6. malignantes & ope-
rantes iniquitatem.

5. Nequam serui os, de quo
iudicabitur ipse, Luc. 19. 22. vt li-
tera S. num. 5.

6. Nicanoris lingua blasphe-
ma, 2. Mach. 14. 33. in templum, &
altare: de cuius lingua quid Iudas
Machabæus egerit est capit. 15. 33.
*Lingnam autem impi Nicanoris pre-
cisam iussit particulatum a suis dari;
manum autem dementis, contratem-
plum extendi.*

O.

1. Obscurus sermo, qui Sap.
1. 11. in vanum non abibit, vt liter.
D. num. 2. diximus.

2. Odij sermones, quos exper-
tus ab alijs Dauid cùm inquit. Psal.

O.

108. 2. *Locuti sunt aduersum me lingua dolosa & sermonibus odio circumdedecunt me: & expugnauerunt me gratias. Pro eo ut me diligerent, detrahebant mibi: ego autem orabam.*

3. *Onus est sermo vniuersus inquit suus, ut ex Ier. 23. 36. & pulchro exemplo superius capit. 9. n. 3. demonstrauimus.*

4. *Otiosa verba, de quibus danda ratio Matth. 12. 36. vnicuique in die iudicij, de quo egimus cap. 10. n. 2.*

5. *Os prauum, Prou. 4. 24. vt litera P. n. 5.*

P.

P. 1. *Pacifica verba in dolo, quæ locutus est Antiochus illustris in Ierusalem cum Iudeis, 1. Machab. 1. 31. Sic Bachides & Alcimus cum Iuda Machabæo ad eum à Demetrio rege missi, capit. 7. 10. Sic Nicanor cum Iuda & fratribus eius, ibidem vers. 27.*

2. *Pec.*

2. Peccati verbum, quòd est in indisciplinata loquela. Hinc Eccli. 23. 17. *Indisciplinata loquela non assuecat os tuum: est enim in ea verbum peccati.* De qua plura litera I. num. 10. *Contra quam peccantiū linguam orans Dauid, inquit. Psal. 54. 10. Præcipita Domine, & diuide linguas eorum; quia vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate.* Et Psal. 108. 2. *Deus laudem meam ne tacueris; quia os peccatoris, & dolosi super me aperium est. Locuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odio circumdederunt me, &c.* Qui & percutere volunt Ieremiam linguā, Ier. 28. 18. *plaga autem linguæ comminuit ossa, vt ex Eccli. 28. 21. 22. diximus suprà cap. 18. n. 14.*

3. Polluta labia populi. Vnde Isa. 6. 5. *Va mibi, quia tacui: quia vir pollitus labiis ego sum, & in medio populi, polluta labia habentis, ego habito, & regem Dominum exercitum*

Pecca-
ti ver-
bum.

vidi oculis meis.

4. Præcipitationis verba, quæ diligunt, potentes iniquitate, lingua dolosa. Ut est Psalm. 51. 6. de quibus egimus suprà liter. D. n. 6,

5. Prauum os, quod debemus à nobis amouere, iuxta id, Prou. 4.

24. Remoue à te os prauum, & detrabentia labia sint procul à te. Nam ut est cap. 10. 31. Os iusti parturiet sapientiam, & lingua prauorum peribit.

6. Prophetarū falsorū, de quibus, Ier. 23. 31. Ecce ego ad Prophetas, ait Dominus: qui assumunt linguas suas, & aiunt: dicit Dominus, &c.

R.

1. Rapinas meditantium os, Prou. 24. 2. vt litera F. num. 3.

Resistē
tium
Domi-
no line-
gua.

2. Resistentium Domino lingua, quam iudicabit Dominus, de qua Isa. 54. 17. Omne vas quod factū est cōtrā te, non dirigetur; & omnē lingua resistē tibi, in iudicio iudicabis. Hæc est hereditas seruorū Domini: &

inſtitia

institia eorum apud me: dicit Dominus.

3. Ranas quasi producens os,
de quo lit. D. D. 7. ex Apoc. 16. 13.

S.

1. Sagitta vulnerans Iudeorum
lingua. Ier. 9. 8. Sagitta vulnerans
linguaeorum, dolum locuta est: in ore
suo pacem cum amico suo loquitur, &
occultè ponit ei insidias. Nunquid non
super his non visitabo, dicit Dominus?
aut in gente huicmodi non ulciscetur
anima mea?

2. Scelestia labia, quibus vix.
Eccli. 2. 14. Vix duplice corde, & la-
brys scelestis, & manibus malefacien-
tibus, & peccatori terram ingredien-
ti duabus vijs.

3. Scelestorum filiorum lingua, Sceles
de qua Isa. 57. 3. 4. 5. Vos autem ac-
cedite huc filij auguratrixis: semen a-
dulteri, & fornicaria, super quem lu-
sistis? super quem dilatastis os, & eie-
cistis linguam? nunquid non vos filij
scelesti, semen mendax?

4. Seminis adulteri, & fornicariæ, & mendacis linguae. Isa. 57. 3. 4. 5. ut ante num. 3.

5. Serui nequam, de quo Luc. 19. 22. *De ore tuo te iudico, serue nequam: sciebas, quod ego homo austerus sum, &c.*

6. Simulatoris, qui ea decipit, Prou. 11. 9. *Simulator ore decipit amicum suum: iusti autem liberabuntur scientia.*

Stulti labia. 7. Stulti labia, qui cæditur labijs, iuxta id Prou. 10. 8. *Sapiens corde præcepta suscipit: stultus cæditur labijs.* Et vers. 10. *Qui annuit oculo, dabit dolorem; & stultus labijs verberabitur.* Et Prou. 18. 6. *Labia stulti miscent se rixis; & os eorum iuria prouocat.* Similiter Prou. 18. 7. *Labia eius ruina anima.* Et Prou. 12. 13. *Propter peccata labiorum ruina proximat malo.* De qua re plura diximus cap. 5. num. 1. Quæ labia si compresserit stultus, Prouer. 17. 18.

repu-

reputabitur intelligens, cap. 30. n.
1. dictum.

8. Stulti os, de quo sic, Prou.
10. 14. Sapientes absconderunt scienciam: os autem stulti confusione proximum est. Et cap. 14. 3. In ore stulti virga superbia: labia autem sapientum custodiunt eos. Cap. vero 15. 14. Cor sapientis querit doctrinam: & os stultorum pascatur imperitia. Et cap. 18. 7. Os stulti contritio eius: & labia ipsius ruina anima. Isa. 9. 17. Stultitiam universum os locutum est; ideo Deus non miserebitur. Vide plura litera F. num. 1.

9. Verba stultorum, de quibus, Eccli. 10. 14. Stultus verba multiplicat.

10. Sublimis malorum sermo, de quo nobis cauens D. Paulus Col. 2. 4. inquit. *Hoc autem dico, ut nemo vos decipiatur in sublimitate sermonis.*

11. Superbia verbi Gigantum.

ob quam Deus eos est execratus.
Eccli. 16. 8. 9. vt litera G. num. 2.
quam & impiorum os locutum
est, Psalm. 16. 10.

12. Superbum verbum, in quo
non agas cogitationes tuas, secun-
dum id, Eccli. 32. 16. *Age conceptiones*
tuas, & non in deliciis, & verbo
superbo. Superba quoq; loquuntur
hæretici, vt ex Iudæ 16. diximus,
litera H. num. 1.

Susur
ronis
verba. Susurronis verba, de qui-
bus Prouerb. 26. 22. *Verba susurro-*
nis quasi simplicia, & ipsa perue-
niant ad intima ventris. De quo Le-
uit. 19. 16. Non eris criminator, nec
susurro in populo. Et simile quasi o-
mniko dicitur. Eccli. 5. 16. Non ap-
pelleris susurro in vita tua, & lingua
tua ne capiaris, & confundaris. Ca-
pit. verò 21. 31. sic inquit. Susurro
coquinabit ammam suam, & in os-
mnibus odietur: & qui cum eo per-
manserit, odiosus erit: tacitus, & sen-

fatu

satus honorabiiur. Et cap. 28. 15. Su-
surro & bilinguis maledictus; mul-
tos enim turbauit pacem habentes.
Et Prou. 26. 20. Cum defecerint li-
gna, extinguetur ignis: & susurrone
subtracto, iurgia conquiescunt. Ipse
verò non quiescet, quia tales digni-
sunt morte, teste D. Paulo. Rom.

I. 32.

T.

1. Tædij verba, quæ loquun-
tur, qui debent reddere fœnus
tempore restitutionis, de quibus
Ecclesiastic. 29. 4. Multi quasi in-
uentionem astinauerunt fœnus, &
præstiterunt molestiam his, qui se ad-
iuserunt. Donec accipiant, oscu-
lantur manus dantis, & in promis-
sionibus humiliant vocem suam. Et
in tempore redditionis postulabit tem-
pus, & loquetur verbatædij, &
murmurationum, & tempus causa-
bitur.

2. Temerarius, qui Eccli. 9.

Teme-
raia

25. in verba.

25. in verbo suo odibilis erit, vir
linguosus in ciuitate terribilis, si-
cū dictum in litera L. n. 4. Et Ec-
cli. 5.1. *Ne temerè quid loquaris, neq;
cor tuum sit velox ad proferendum
sermonem coram Deo: Deus enim in
cælo, & tu super terram: ideo sibi
pauci sermones tui. Multas curas se-
quuntur somnia, & in multis sermo-
nibus inuenietur stultitia.*

3. Tertia lingua, quæ multos
commouit & multa mala peregit,
vt ex Eccli. 28. 16. 17. 18. diximus
superiùs cap. 18. n. 4. 10. &c.

4. Testificans lingua, quæ ad-
ducit mortem, Eccli. 28. 13. vt su-
prà cap. 18. num. 2.

5. Tumentia labia, de quibus
Prou. 26. 23. *Quomodo si argento for-
dido ornare velis vas fictile, sic labia
tumentia cum pessimo corde sociata.*

6. Turpis sermo, qui de ore
nostro deponendus est, vt ex Col.
3. 8. superiùs c. 58. n. 13. tradidimus.

V.

1. Vana verba, de quibus Psal.
11. 3. *Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum: Labia dolosa, in corde & corde locuti sunt.*

V.

2. Venenum aspidum sub labijs malorum. Psalm. 13. 3. † 139. 4. Rom. 3. 13.

3. Ventosa verba, de quibus quærerit Iob num habitura sint finem. Iob. 16. 3.

4. Viperæ lingua, quæ occidit diuitem. Iob. 20. 16. 4. Caput aspidum suget, & occidet eum lingua viperæ.

CAPVT LX.

Centum septendecim egregiæ qualitates, in labijs, lingua, ore, sermone & verbo bonorum imitatione dignæ, ordine Alphab. betico insertæ.

A.

1. Aaronis labia, quibus dedit gloriam Deo, iuxta Eccli. 50. 22. *Manus suas extulit in omnem congregationem filiorum Israël, dare glo-*

A.

riam Deo à labys suis, & in nomine ipsius gloriari.

